



Library of

Wellesley



College.

Presented by

Prof. E. V. Hazard.

Nº 45098

GUSTAV E. STECHERT
810 Broadway
NEW YORK

NOVUM TESTAMENTUM
GRAECE

—
PROLEGOMENA

NOVUM TESTAMENTUM
GRAECE

AD ANTIQUISSIMOS TESTES DENUO RECENSUIT

APPARATUM CRITICUM APPOSUIT

CONSTANTINUS TISCHENDORF

EDITIO OCTAVA CRITICA MAIOR

VOLUMEN III

PROLEGOMENA

SCRIPSIT

CASPAR RENATUS GREGORY

ADDITIS CURIS ÷ EZRAE ABBOT



LIPSIAE

J. C. HINRICHS

1894

45098

155

1965

1869

3:3

ORDINI THEOLOGORUM LIPSIENSI
 PRO SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS
 HODIE ANTE ANNUM IN ME
 CONLATIS
 GRATI ANIMI TESTIMONIUM
 HUNC LIBRUM
 D D D

Peregrinus eram atque conlegistis me

828 81

PRAEFATIO.

Impletis paene triginta annis ab eo die quo fasciculus huius editionis primus prodiit, paene duodeviginti annis ex quo ipse operam prolegomenorum scribendorum suscepi, post partem primam anno 1884, alteram anno 1890 editam lectori benevolenti finem operis offero.

Habebam equidem multa quae vel ut operae eius modum explicarem vel ut veniam mihi peterem, huic praefationi reservaveram. Nunc vero, lapsis tot annis, tanta operis parte vel decennium vel quadriennium iudicibus subiecta, nihil refert ut illa omnia repetam.

Paginae 33—68 ipsa Tischendorffii verba praebent, nemo enim leges novas in hanc editionem scribere potest; aliis locis in initio libri occurrunt pauca Tischendorffiana signis „“ notata, quae signa ex errore pp. 113—127 partim absunt.

Catalogi codicum versionum Novi Testamenti quos in hoc libro invenies, nihil sunt nisi adnotationes ut ita dicam generales in usum eorum qui meliora ad manum non habeant. Virorum clarorum versionis uniuscuiusque peritorum est catalogos facere.

Quae fusius de scriptoribus ecclesiasticis disserere, quae copiosiora ubique addere supplementa volebam,

omisi denique ne finis prolegomenorum ad Graecas Kalendaras differretur.

Pauca de scriptoribus profanis vetustis aequae ac de viris doctis vel de libris huius saeculi, quorum in apparatu critico Tischendorffii mentio fit, in indice altero de rebus personis libris invenienda sunt.

Vir mihi amicissimus Ezra Abbot, olim professor universitatis Harvard, Cantabrigiae in Americana provincia Massachusetts, qui indefessus labore consilio correctione substantia mihi subvenit, caelestibus adiunctus animis laude mea non eget. Bene sic est. Alioquin me oporteret ei ingenium benevolentiam modestiam caelestem tribuere.

Vir mihi amicissimus Fenton Johannes Antonius Hort, professor Cantabrigiae in Anglia, vel morbo affectus noluit me deserere, quin omni modo, nunc monendo nunc corrigendo semper adhortando, corpore absens mente adfuit. Eheu, is quoque morte nobis ereptus est. Gratiam quam maximam ei debeo memoriaeque eius semper habebo.

Gratiam etiam habeo maximam viris illis clarissimis qui duce † Theodoro Dwight Woolsey in America et in Anglia impensa itineris in Angliam Galliam Italianam, Graeciam Turciam faciendi in se susceperunt, similemque gratiam debeo manibus Albrechtii nostri, olim professoris iuris Lipsiensis, ex cuius legato stipendia multa in eundem finem accepi, novissime anno 1891 ad explorandos codices in Germania Belgio Batavia Dania Suecia servatos.

Non est quod dicam permultos viros doctissimos me vario modo adiuvisse, praesertim bibliothecarios

inde a Chicago usque ad Constantinopolim inde ab Upsalia usque ad Panormum. Meum non puto hanc paginam nominibus illustribus exornare. Unicuique ex intimo animo gratias ago.

Neque a me impetrare possum quin gratias agam maximas bibliopolis clarissimis patri Hermanno Rost filio Adolfo, viris mihi amiceissimis, qui nullo tempore scriptori cessanti patientiam non indulserunt humanissime.

Lectores benevolentissimos precor ut errata omnia addenda notent atque ad me mittant.

LIPSIÆ scribebam secundis Paschalibus
die 26 Martii anni 1894.

CASPAR RENÉ GREGORY.

PROLEGOMENA.

	paginae
I. De Tischendorfio	1—22
II. De apparatu critico	23—44
III. De legibus in textu constituendo	45—68
IV. De grammaticis	69—128
1. Orthographica 71—116. 2. Nominum formatio 116—120. 3. Verborum formatio 120—124. 4. Syntax 124—126. 5. Verba comp. 126.127. 6. Singulorum scriptorum propria 127.128.	
V. De textus forma	129—182
1. Librorum ordo 131—140. 2. Capita 140—166. 3. Versus 167—182.	
VI. De textus historia	183—334
1. Recensiones antiquae 185—202. 2. Editiones 202—334.	
VII. De codicibus uncialibus	335—450
Praemonenda 337—344. 1. Ev. 345—409. 2. Act-Cath 409—417. 3. Paul 418—435. 4. Apoc 435—437. Suppl 438—450.	
VIII. De codicibus minusculis	451—800
Praemonenda 453—456. 1. Ev. 457—616. 2. Act-Cath 617—652. 3. Paul 653—675. 4. Apoc 676—686. 5. Lectionaria. Praemonenda 687—694. (1.) Evl 695—777. (2.) Apl 778—791. Sigla mutata 792—800.	
IX. De versionibus	801—1128
Praemon 803—806. 1. Orienti (1.) Syrr 807—859. (2.) Aegypti 859—893. (3.) Acth 894—912. (4.) Arm 912—922. (5.) Georg 922.923. (6.) Persica 923—928. (7.) Arabb 928—947. 2. Occidd (1.) Latt a. Vet Lat 949—971. b. Vulg 971—1108. (2.) Goth 1108—1112. (3.) Slav 1112—1124. (4.) Sax 1125. (5.) Franc 1126. (6.) Theot 1126. (7.) Bohem 1127—1128.	
X. De scriptoribus ecclesiasticis	1129—1230
1. Dissertatio 1131—1152. 2. Catalogus scriptorum 1153—1230.	
XI. Tabula testium	1231—1246
XII. Addenda et emendanda	1247—1314
1. Ev. 1251—1279. 2. Act-Cath 1280—1285. 3. Paul 1286—1297. 4. Apoc 1298—1302. 5. Proleg 1303—1314.	
XIII. Indices	1315—1426
1. Compendia et sigla 1317—1323. 2. Res personae libri 1324—1357. 3. Loci scripturae 1358—1373. 4. Vocabula Graeca 1374—1381. 5. Codices Graeci 1382—1426.	

IX.

DE VERSIONIBUS.

	paginae
Praemonenda	803—806
1. Versiones orientales	806—947
(1.) Syriacae	807—859
(2.) Aegyptiacae	859—893
(3.) Aethiopica	894—912
(4.) Armeniaca	912—922
(5.) Georgiana	922—923
(6.) Persica	923—928
(7.) Arabicae	928—947
2. Versiones occidentales	948—1128
(1.) Latinae	948—1108
<i>a.</i> Vetus Latina sive quam	
dicunt Itala	949—971
<i>b.</i> Vulgata	971—1108
(2.) Gothica	1108—1112
(3.) Slavonica	1112—1124

Versiones Europaeae iniiores, e Latina Vulgata progenitae.

(4.) Saxonica	1125
(5.) Francica	1126
(6.) Theotisca	1126
(7.) Bohemica	1127—1128

IX.

DE VERSIONIBUS.¹

Saeculis iam primis post Christum natum necessariae erant ecclesiis per varias terras dispersis versiones Novi Testamenti vernaculae ut facilius et domi et in ecclesia

¹ Rich. Simon, *Histoire critique des versions du N. T.*, Roterdami a. 1690; — Iac. Le Long, *Biblioth. sacra*, ed. Masch. Halae a. 1781—1785, pars 2, voll. 1.2.3; — E. F. K. Rosenmüller, *Handbuch für die Literatur der biblischen Kritik und Exegese*, Gottingae a. 1799, vol. 3, p. 89—276; — I. D. Michaelis, *Einleitung*, ed. 4, Gottingae a. 1788, pars 1, §§ 52—89, p. 359—520, et versio Herberti Marsh Anglicana cum supplementis minime neglegendis, ed. 3, Londinii a. 1819, vol. 2, cap. 7, §§ 1—159, p. 533—638; — H. C. A. Haenlein, *Einl.* Erlangae a. 1794, pars 2, 1, p. 117—206; — L. Bertholdt, *Einl.* Erlangae a. 1813, pars 2, §§ 191—216, p. 632—730; — I. L. Hug, *Einl.* ed. 3, Stutgardiae et Tubingae a. 1826, pars 1, § 61—145, p. 346—524; (versio Anglicana cum adnotationibus Mosis Stuartii, Andoverae in Massachusetts, a. 1836, p. 199—301) ed. 4, 1847, §§ 61—146, p. 298—464; — I. G. Eichhorn, *Einl.* Lipsiae a. 1827, §§ 46—82, vol. 4, p. 333 — vol. 5, p. 118; — S. P. Tregelles, *Horne's Introduction*, ed. 11, Londinii a. 1863, vol. 4, p. 225—329, et *Smith's Dictionary of the Bible*, ed. Amer. Novi Eboraci a. 1870, vol. 4, p. 3370^b—3395^b sub voce „Versions“; — E. Reuss, *Gesch. d. heil. Schr. N. T.* ed. 5, Brunsvigae a. 1874, §§ 421—456, pars 2, p. 166—195; — F. H. A. Scrivener, *Plain introd.* ed. 3, Cantabr. et Lond. a. 1883, p. 308—415; — F. Bleek, *Einl.* ed. 4, cur. W. Mangold, Berolini a. 1886, § 274—290, p. 927—969; — O. F. Fritzsche, „Übersetzungen der Bibel“, *Schenkel's Bibel-Lexikon*, Lipsiae, vol. 5 (a. 1875), p. 565—574, et „Bibelübersetzungen“, *Herzog's Real-Encykl.* ed. 2, Lipsiae, vol. 2 (a. 1878), p. (437)447—450; — Westcott. et Hort. *N. T.* vol. 2, *Introd.* p. 78—86. 155—159. 197—201. 205.206, et *Append.* p. 3—6; —

verba evangelistarum et apostolorum intellegentur. Primae inter versiones Syriaca et Latina exstitisse videntur idque ut videtur saeculo secundo, quas secutae sunt item saeculo secundo vel tertio Aegyptiacae, saeculo quarto Gothica, saeculo quarto vel quinto Aethiopica, saeculo quinto ineunte Armeniaca. Fieri non potest quin hae testes multum valeant ad textum pristinum restituendum, quia plerisque locis utrum haec an illa lectio Graeca vertenti ante oculos fuerit satis liquet; id vero in primis ubi de verbis male omissis quaeritur vel male additis. Versiones quae non recta e Graeco fluxerunt testes textus Graeci adhiberi possunt modo sane secundario quippe quae lectiones versionis alius praebeant.

Quaerendum est, cum versione qualibet uti volumus, de aetate qua facta sit, de linguae ingenio, de interpretis methodo, de versionis recensionibus, de codicibus quos adhibere possumus, de editionibus si forte exstant.

Non enim est quod dicam versiones eas solas quae primis saeculis exortae sunt de textu iis saeculis late diffuso testari posse.

Multum etiam interest utrum lingua versionis talis sit ut Graeca accurate reddere possit idque eadem fere forma, neque erit qui neget eas linguas quae pronominum usum vel amant vel respuunt, quae temporum vel modorum rationem a Graeca diversam sequuntur, haudquaquam testes certas esse ubi de talibus rebus disputatur.

Quod ad interpretem attinet inquirendum est utrum diligenter normam Graecam sequatur, ut verba quoad fieri potest verborum Graecorum ordinem repraesentent, an talia neglegat; utrum formam cum sensu reddere velit, an sensum solum.

Wetzer (Streber), „Bibelübersetzungen“, *Wetzer und Welte's Kirchenlexikon*, ed. 2, Friburgi in Brisgovia, vol. 2 (a. 1883), col. 720—723 (ad vocem „Peschittho“ nondum processit editio secunda); — Llewelyn I. M. Bebb, *Studia biblica*, Oxonii a. 1885, vol. 2, p. 195—240.

Si versio recensionem passa est, tum curiosius exquirere debemus de recensionis ratione, utrum codices Graeci iique superioris inferiorisne aetatis in consilium vocati sint, an fortasse versio ad merum editoris arbitrium expolita sit.

Minime satis esse potest viro rei criticae studioso, cui deest linguae eius peritia qua versio scripta est, translationibus Latinis non in usum criticum factis fidenter uti. Nisi quod ad omissiones vel interpolationes longiores attinet, certissime versiones nisi ab eis qui linguarum versionum periti sunt excutiendae non sunt. Saepe testimonia ex translationibus istis arrepta vana sunt, neque desunt talia in hac ipsa editione octava; ne tamen oblitus sis Tischendorfium multis locis usum esse vel libris vel consiliis virorum harum linguarum peritorum.

Cum Novum Testamentum primum Graece edebatur, scilicet in editionibus Complutensi et Erasiana, inter testes audita est versio Latina Vulgata, quae sola editoribus ad manus erat, et inde hauserunt Complutensis verba illa 1 Ioh 5,7,8, Erasmus¹ nonnulla in apocalypsi et alibi. Beza in editione Graeca altera anni 1582 Syrum interpretem duce Tremellio laudat.² Waltonus³ in polyglottis suis versiones Syriacam, Aethiopicam, Arabicam, in evangeliiis etiam Persicam, edidit. Fellius⁴ sed in primis Millius⁵ testimonium versionum adhibuit. Bentleius⁶ versionis Latinae praestantiam primus scienter exposuit. Tremellius, Ludovicus de Dieu,⁷ Wetstenius,

¹ Cf supra, p. 209.

⁴ Cf supra, p. 222.223.

² Cf e. g. Mt 5,23.

⁵ Cf supra, p. 224.225.

³ Cf supra, p. 220.221.

⁶ Cf supra, p. 229—240.

⁷ Ludovicus de Dieu, *Animadversiones sive commentarius in quatuor evangelia, in quo collatis, Syri inprimis, Arabis, Evangelii Hebraei, Vulgati, Erasmi & Bezae versionibus, difficiliora quaeque loca illustrantur, & variae lectiones conferuntur. Accessit appendix*

C. A. Bodius,¹ C. B. Michaelis, I. D. Michaelis, I. G. C. Adlerus, G. C. Storrius, Tregellesius, I. B. Lightfootus, Lagardius, v. cl. Westcottus his studiis operam navarunt multam. Haec de versionibus generatim et summatim. Singillatim disserendum est breviter cum de versionibus orientalibus tum de occidentalibus.

1.

ORIENTALES.²

Cum rebus orientalibus iure adnumerentur facta atque verba Domini et apostolorum eius, versiones orientales ecclesiae Christianae primordiis quodammodo affiniores esse videri possent quam occidentales.³ Nihilominus difficiliores sunt usu occidentalibus propter colorem et Novo Testamento Graece scripto et nobis alienum.

in Matthaeum, in quo cum praetermissa quaedam tum Aethiopicae versionis nonnulla adduntur & expenduntur, Lugduni Batavorum a. 1631; — In Acta, a. 1634; In epistolam ad Romanos . . . Accessit spicilegium in reliquis eiusdem apostoli, ut et catholicas epistolas [et Apoc], a. 1646. Etiam Lud. de Dieu, Critica sacra, a Gerardo Borstio edita, Amstelaedami a. 1693, p. 311—762, et cum apocalypsi — 861.

¹ Bode, Christoph. Aug., *Pseudocritica Millio-Bengeliana sive tractatus criticus quo versionum sacrarum orientalium [Syr Arr Pers Aeth Arm] . . . allegationes pro variis N. T. Graeci lectionibus a Ioh. Millio et Io. Alb. Bengelio frustra factae plene recensentur refutantur et eliminantur insertis earundem versionum veris allegationibus, voll. 2, Halae a. 1767. 1769 (ff. [8], pp. 420, ff. [8], pp. 552).*

² Paulus Antonius de Lagarde, *De Novo Testamento ad versionum orientalium fidem edendo, Berolini a. 1857, iterum publici iuris facta est haec dissertatio in libro „Gesammelte Abhandlungen“ Lipsiae a. 1866, p. 85—119.*

³ Quam laeto animo acciperemus versionem illam Hebraicam evangelii Iohannis et actuum apostolorum de qua haec Epiphanius fabulatus est, *Huer.* 30, cap. 3, p. 127: *Ἦδη δὲ πού καί τις ἐσ πάλιν ἔφασκεν καὶ ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου καὶ τὸ κατὰ Ἰωάννην μεταληφθὲν εἰς Ἑβραϊδα ξυμφέροντα ἐν τοῖς τῶν Ἰουδαίων γὰρο-*

(1.) SYRIACAE.¹

Si verba Eusebii² de Hegesippo incerta negligimus, primum refertur de versione Novi Testamenti Syriaca apud Ephraemum Edessenum (mort. a. 373 vel 378), qui testis est versionem illam iam dudum existisse. Hoc testimonium saeculi quarti medii versionis originem ad saeculum saltem tertium revocare videtur.

φνλαζίοισ, φημι δὲ τοῖς ἐν Τιβερίδι, καὶ ἐναποκείσθαι ἐν ἀποκρίφοισ, ὡς τινες τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων πεπιστευζότων ἐφηγήσαντο ἡμῖν κατὰ λεπτότητα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν Προφῆων τῶν Ἀποστόλων τὴν βίβλον ὡσυνύτωσ ἀπὸ Ἑλλάδος γλώσσησ εἰσ Ἐβραῖδα μεταβληθεῖσαν λόγωσ ἔχει, καὶ ἐκεῖσε κείσθαι ἐν τοῖς ραζοφνλαζίοισ, ὡσ καὶ ἀπὸ τοῦτου τοῖσ ἀνωγρότιωσ Ἰουδαίοωσ τοῖσ ἡμῖν ἐφηγησαμέρωσ εἰσ Χριστὸν πεπιστευζέναι.

¹ Cf Gottlob Christianus Storr, *Observationes super Novi Testamenti versionibus Syriacis*, Stutgardiae a. 1772; — Iac. Geor. Christianus Adler, *Kurze Uebersicht seiner biblisch-kritischen Reise nach Rom*, Altonae a. 1783, p. 89—127; et *N. T. versiones Syriacae Simplex, Philox. et Hieros.* Hafniae a. 1789; — G. B. Winer, *De versionis Novi Testamenti Syriacae usu critico caute instituendo*, Erlangae a. 1823; — Fridericus Uhlemann, *De versionum N. T. Syriacarum critico usu* [„Programm des Friedrich-Wilhelms-Gymnasiums“ in diem 26. Sept.], Berolini a. 1850, p. 36; — I. P. N. Laud, *Otia Syriaca*, Lugduni Bataavorum a. 1875, p. 177—233; — I. P. P. Martin, *Introduction à la critique textuelle du Nouveau Testament, partie théorique*, Parisiis [a. 1883], p. 97—309; — Fridericus Baethgen, *Evangelienfragmente. Der griechische Text des Cureton'schen Syrcers wiederhergestellt*, Lipsiae a. 1885; — Theodorus Zahn, *Geschichte des neutestamentlichen Kanons*, vol. 1, pars 1, Lipsiae a. 1888, p. 369—429 et vol. 2, pars 2, sectio 1 (a. 1891), p. 556—564; — Eberhardus Nestle, „Syrische Bibelübersetzungen“, *Herzog's Real-Encyclopädie für protestantische Theologie*, ed. 2, Lipsiae, vol. 15, a. 1885, p. 192—200; — Guilelmus Wright, „Syriac Literature“, *Encyclopaedia Britannica*, Edinburgi, vol. 22 (a. 1887), p. 824—856; — G. H. Gwilliam, „The materials for the criticism of the Peshitto New Testament, with specimens of the Syriac Massorah“, *Studia biblica*, Oxonii a. 1891, vol. 3, p. 47—104.

² Euseb. *Hist. eccl.* lib. iv, cap. 22, 8: ἔκ τε τοῦ καὶ Ἐβραίοωσ εὐαγγελίου καὶ τοῦ Συριακοῦ καὶ ἰδίωσ ἐκ τῆσ Ἑβραῖδοσ διαλέκτου τινὰ τίθησαν, ἐμφαίνων ἐξ Ἑβραίων ἑαυτὸν πεπιστευζέναι, καὶ ἄλλω δὲ ὡσὰν ἐξ Ἰουδαζικῆσ ἀγορίφου παροδόσεωσ μνημονεύει.

Attamen plerique arbitrantur versionem iam saeculo secundo exstitisse, atque Edessae factam esse cuius regionis ecclesia ea supersedere non posset, quae opinio certis rationibus refutari non potest. Tregellesius arbitratus est alios interpretes alios N. T. libros vertisse. Huic versioni antiquitas prorsus deerant quinque illi libri 2 Petri 2 et 3 Iohannis Iudae epistulae, apocalypsis, quos Graece scriptos Syros in canonem non recepisse notum est, neque Syriace versi esse videntur ante saeculum fortasse sextum;¹ Cosmas Indicopleustes² ante saeculum sextum medium hoc diserte adseverat et codices silentio rem firmant. Versionis igitur antiquitas ex hac omissione vix demonstratur.

Exstant versiones Syriacae, quod sciamus, fere quatuor,³ vel potius exstat versio una quae post originem plus semel recensita est; forma vero quarta omnino a prioribus differt. Quattuor sunt: *a.* versio quae textum prorsus veterem exhibet, quae latere videtur in fragmentis Curetonianis; — *b.* versio quam exhibent lectionarium Hierosolymitanum quod dicunt et codex Petropolitanus palimpsestus; — *c.* versio quae Pesbitta dicitur; — *d.* versio posterior Philoxeniana Heracleensis.

¹ Hugijs (ut supra p. 803) ed. 4, pars 1, p. 302—309, §§ 64, 65, sane vult hos quoque libros ab initio in versione Syriaca exstitisse, paulatim excidisse, neque hodie desunt qui ei adstipulentur.

² Cosmas, *Topogr. Chr.*, lib. 7; Migne, *Patrol. Gr.* vol. 88, p. 373 B [292]: *ἔτιροὶ δὲ καὶ τὴν Ἰακώβου σὲν ταῖς δυοῖς ταύταις [1 Pe et 1 Io] δέχοιται· ἔτιροὶ δὲ πάσα δέχοιται· περὶ Σύροις δὲ, εἰ μὴ αἱ τοῖς μόναι αἱ προσηγορευμένα οὐκ ἐφίσχοιται· λέγω δὲ, Ἰακώβου καὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννου· αἱ ἄλλαι γὰρ οἷτε ζῆνται πρὸς αὐτοῖς.* — Cf praeterea praesertim de apocalypsi dissertatio viri cl. Isaaci H. Hall, „The Syriac apocalypse“, in actis *Journal of the society of biblical literature and exegesis . . . for June and December 1882*, Middletoniae in provincia Connecticut a. 1883, p. 134—151.

³ De versione sive potius recensione ineunte saeculo quinto a Rabbūlā, episcopo Edesseno Cyrilli Alexandrini amico, facta non licet certius dicere. Cf Wright (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 825a.

a. Versio primitiva detecta est primum in fragmentis evangeliorum (de codice novo vide infra, p. 826 num. 2). Praestantissima fragmenta (Mus. Brit. Add. 14,451 folia 88; sed foll. 12—15 et 88 saec. XII et XIII addita sunt) invenit Guilelmus Curetonus¹ inter syr^{cu} codices Musei Britannici qui anno 1842 ex monasterio S. Mariae Deiparae in deserto Nitriensi in Angliam relati sunt, et his adnumeranda sunt folia tria Berolinensia (Orient. Quart. 528) quae v. cl. Henricus Brugsch² ex Oriente Berolinum adtulit. Codex ex quo fragmenta sunt videtur saeculi quinti (a. circiter 450—470)

¹ Cureton, *Remains of a very ancient recension of the four gospels in Syriac, hitherto unknown in Europe*, Londinii a. 1848: — Henr. Ewald, *Göttingische gelehrte Anzeigen*, Gottingae a. 1858, vol. 3, p. 1712—1716, et *Jahrbücher der Biblischen Wissenschaft*, IX. 1857—1859, Gottingae 1858, p. 69—87; — [I. P. N. Land,] „Dr. Cureton's Syriac gospels“, *Journal of sacred literature and biblical record*, Londinii vol. 8, a. 1858, num. 15, Oct., p. 140—160 (cf etiam 216—222); — S. P. Tregelles, „Dr. Cureton's Syriac Gospels“, *ibid.* a. 1859, Ian, num. 16, p. 407—412; cf etiam p. 461—467, et W. W. [Guilelmus Wright?], vol. 10, a. 1859, num. 19, Oct., p. 154, 155, et B. H. C. [Cowperus?], a. 1860, num. 20, p. 377, 378, et Lagardius, *Gesammelte Abhandlungen*, Lipsiae 1866, pag. 91, adn. — Christianus Hermansen, *Disputatio de codice evangeliorum Syriaco, a Curetono typis descripto*, Hauniae a. 1859 (pp. 3—31 in libello academico diei 5. Dec.); — Le Hir, *Étude sur une ancienne version syriaque des évangiles*, Paris. a. 1859; — Iosephus Perles, *Meletemata Peschitthoniana. Dissertatio inauguralis*, Vratislaviae a. 1859 (pp. 55); — Iohannes (ex errore illic H.) Gildemeister, „Ueber den Titel des Matthaeus in Curetons syrischen Evangelien“, *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, vol. 13 (Lipsiae a. 1859), p. 472—475; — Gerritus Wildeboer, *De waarde der syrische evangeliën door Cureton ontdekt en uitgegeven. Academisch proefschrift. (Eene bijdrage tot de geschiedenis van het ontstaan der syrische Bijbelvertalingen)*, Lugd. Bat. a. 1880; — Baethgen, cf supra, p. 807, adn. 1; — Guil. Wright, *Catalogue of Syriac MSS. in the British Museum*, pars 1, Londinii a. 1870, num. exix, p. 73, et pars 3, a. 1872, praefat. p. xvi, adn. *

² Fragmenta Berolinensia Io 7,37—8,19 Le 15,22—16,12 17,1—23 edidit Aemilius Roediger, *Monatsbericht der Königl. Preussischen*

fuisse. Foliis universis haec insunt: *Mt* 1,1—8,22 10,32—23,25 *Mc* 16,17—20 *Ioh* 1,1—42 (43) 3,5—8,19 (non exstat pericopa 7,53—8,11) 14,10—12 14,15—19 14,21—23 (excidit verbum unum) 14,26—29 *Lc* 2,48—3,16 7,33—16,12 17,1—24,44. Versio indolem habet antiquam, quasi tempore facta in quo textum nemo oculis criticis spectaverit, nonnullis nunc omissis, nunc additis, nunc alio modo dictis.¹

Textus consensio cum codicibus primariis Graecis et Latinis praesertim vero cum textus occidentalis testibus, ab omnibus concessa est.² Tischendorfii³ sententia ortus est textus horum fragmentorum medio saeculo secundo. Afraatem (a. 336—345) ipso textu Curetoniano usum esse censebat Crowfootius.⁴ V. cl. Zahnus negat Afraati quattuor evangeliorum Syriacam versionem nota fuisse praeter

Akademie d. Wissensch. zu Berlin, a. 1872, p. 557—559 et 1—6; et quasi privatim Guilelmus Wright, *Fragments of the Curetonian gospels. Only one hundred copies printed for private circulation*, Londinii [a. 1872]. Roedigerus arbitratur versionem hanc apud Syros orientales ortam, postea versione Syrorum occidentalium extrusam esse, id quod ab eorum opinione prope abest qui putant versionem Syriacam Edessae exaratam, Antiochiae retractatam esse.

¹ Prorsus aliter se haberet res, si Martini (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 163—168, fabula ista sive hallucinatio de Iacobo Edesseno († 709) vel rerum vel auctorum testimonio niteretur.

² Tischendorf, *Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft*, Berolini a. 1856, num. 2.3, p. 14 et 17; — Tregelles, apud Smithium (ut p. 803), p. 3392.

³ Cum Tischendorffio consentit v. cl. Isaacus H. Hall, Schaff-Herzog, *A religious encyclopaedia*, Novi Eboraci, vol. 3 (a. 1884), „Syriac literature“, p. 2286a.

⁴ Iohannes R. Crowfoot fragmenta haec omnia Graece reddidit ut facilius appareret quem textum Graecum Syrus interpres adhibuisset: *Fragments evangelica*, pars 1, [Cantabrigiae], a. 1870, pars 2, a. 1872; minime vero videtur Crowfootius id quod volebat adsecutus esse: cf v. cl. R. Payne Smithius, *The Academy*, Londinii a. 1870, d. 15 mensis decembri, a. 1872, eiusdem diei, sive vol. 2, p. 63 seq. vol. 3, p. 470. De Aphraatis citationibus loquitur Crowfootius, pars 1, p. 5,

harmoniam illam Tatiani.¹ Baethgenius consanguinitatem quandam textus Afraatis cum textu Curetoniano agnoscit, adseverat vero Tatianum primo harmoniam evangelicam eamque Syriacae fecisse,² evangelia ipsa non ante annum circiter 250 Syriacae versa esse, in quo secum consentientem Zahnium habet. Vim quandam inesse eis quae de hac re Baethgenius profert nullo modo negari potest. Sed cum iudicium de lectionibus in commentariis nunc iterum versis nunc in compendium redactis tam incertum sit, mens inelinat hodie etiam in ea sententia haerere quae ex rationibus cum criticis tum historicis quas dicunt probabilior esse videatur.³

b. Secundo loco constituit Tischendorfius versionem textui illi veteri Curetoniano non prorsus alienam, quae praecipue ex lectionario evangeliorum Vaticano, Syr. XIX ^{olim XI, saeculi undecimi nota est.}⁴ Stephanus Evodius Assemanus codicem descripsit

et laudat Mt 6,19 7,16 15,8 21,44 23,25 Ioh 1,14 Lc 3,6 12,11 19,44 23,43. — Denuo Graece vertit v. cl. Fridericus Baethgen, *Evangelienfragmente. Der griechische Text des Cureton'schen Syrsers wiederhergestellt*, Lipsiae a. 1885. Vix prodest rei criticae versio talis nisi cautissime adhibeatur. Desideratur potius dissertatio critica de locis singulis. Cf etiam Henricus M. Harman, „Cureton's fragments of Syriac gospels“ *Journal of the Society of Biblical Literature and Exegesis*, Bostoniae a. 1885, Iun.—Dec., p. 28—48.

¹ Zahn, cf supra, p. 807, adn. 1.

² Antiquiorem esse harmoniam Tatiani textu Curetoniano hinc concludit Baethgenius: ex lectionibus harmonisticis, ex locis compendiose contractis, ex lectionibus quas dicunt Alexandrinis, ex ingenio minus accurato magis paraphrastico, ex ingenio dogmatico textus Curetoniani.

³ Cf Guil. Wright (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 825a.

⁴ Cf Westcottus et Hortius, *N. T.* vol. 2, *Introd.* § 216, p. 157. De his fragmentis et de ceteris Syro-Palaestincensibus conferendus est in primis liber viri cl. I. P. N. Land, *Anecdota Syriaca*, vol. 4, cui titulus alter *Otia Syriaca*, Lugduni Batavorum a. 1875, p. 177—233 in Latinis, p. (103)114—164.168 in Syriacis, item in Supplementis p. 213—222(224) ubi invenies fragmenta Londinensia et Petropolitana; tabula II scripturam exhibet codicis Petropolitani recentioris

in catalogo suo bibliothecae Vaticanae¹ anno 1758; exemplaribus vero catalogi huius paene omnibus igni correptis, notitiam codicis plerique ex libris Iacobi Georgii Christiani Adleri hauserunt.² Codex hic in monasterio in vico Ābūd prope Hierosolymam anno 1030 exaratus continet evangelium litteris Syriacis minus usitatis scriptum. Propter dialectum barbaram linguae Chaldaicae non alienam³ et dialecto quae in libris talmudicis Hierosolymitanis invenitur similem vocatur haec versio Hierosolymitana; passim adsumuntur verba et Graeca et Latina. Textus qui Tischendorfio saeculi quinti, Noeldekio quarti vel quinti esse videbatur, saepe testimonium haud contemnendum praebet. Codicem Vaticanum Franciscus Miniscalchi-Erizzo⁴ edidit Veronae annis 1861—1864. Anno 1853 apportavit Tischendorfius⁵ ex oriente codicem palimpsestum quinti fere

saec. fere VIII—IX, tabula IV codicis Petrop. antiquioris saeculi VII—VIII, tabula V codicis Romani a. 1030, tabula VI folii Londinensis saec. fere IX, tabula VII codicis Londinensis saec. X; — praeterea cf Landii dissertatio „De zoogenoemde hierosolymitaansche of christelijkpalaestijnsche Bijbelvertaling“ in actis *Verlagen en mededeelingen der k. Acad. d. Wetensch. Afd. Letterk.* series secunda, Amstelaedami a. 1876, pars 5, p. 196—208; — v. cl. Theodori Noeldeke, „Ueber den christlich-palästinensischen Dialect“, *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, vol. 22 (Lips. 1868), p. 443—527.

¹ Steph. Evod. Assemani et Iosephus Simon Assemani, *Bibl. apost. Vat. codd. mss. catal.* Romae, pars 1, vol. 2 (a. 1758), p. 70—103.

² Adler, *Kurze Uebersicht seiner biblisch-kritischen Reise nach Rom*, Altonae a. 1783, p. 118—127; — *Novi Testamenti versiones Syriacae*, Hauniae a. 1789, p. 137—202.

³ Terminatio pronominum tertiae personae pluralis numeri plerumque Chaldaice scribitur ܘܥܘܐ — pro ܘܥܘܥܘܐ —; status emphaticus nominum in plurali numero terminat ܘܥܘܥܘܐ — pro ܘܥܘܥܘܐ —; tertia persona singularis numeri in futuro habet Iud praeformativam pro Nun; cf Tregellesium, apud Hornium, (ut supra, p. 270, adn. 1), p. 285.286.

⁴ Miniscalchi-Erizzo, *Evangeliarium Hierosolymitanum ex codice Vaticano Palaestino deprompsit edidit Latine vertit prolegomenis ac glossario adornavit* M.-E. 2 voll. Veronae a. 1861—1864.

⁵ Tischendorf, *An. sac. et pr.* Lips. a. 1855 (et a. 1861), p. 13, facs.

saeculi quem bibliothecae Petropolitanae posthac cessit. Haec omnia excusserunt viri ell. Landius et Noeldekus (supra p. 811, adn. 2 laudati) iis additis quae ipse Landius Londinii detexit. Pauca ex Act Paul demonstrant versionem non solum evangeliorum fuisse.¹ Videtur haec versio saeculo fortasse quarto, certe ante annum 600, facta esse in usum ecclesiae Malchiticae (sive Constantinopolitanae) in Palaestina. Dialectus Aramaïca in his lectionariis propius abest a lingua in libris Targūm Iudaeorum quam a lingua in versione Peshitta adhibita.

Sententia virorum ell. Westcotti Hortique² suberat versioni Syriacae ab origine textus maxima ex parte occidentalis (cf supra, p. 200, β), postea vero cum saepe transcriberetur lectiones nonnullas Alexandrinās (cf supra, p. 201, γ) et alias in se recepit; unde, ut apud Latinos, fluxisse in codicibus textus minus integros credibile est, e quibus unum in codice Curetoniano tractamus. Evangelium autem Hierosolymitanum a textu illo antiquo propius abest quam a Syriaca vulgata (vide infra), ex qua tamen nonnihil fortasse corruptionis passum est, neque vero unius tantum veteris familiae lectiones exhibet.

c. Versio quae Peshitta³ dicitur. Nomen Peshitta sive Simplex, de cuius significatione saepe inter viros doctos

tab. i, 15 (faecimile reuersum est). V. cl. I. P. N. Land (cf supra, p. 807, adn. 1), p. 233, putat Tischendorfium haec folia e monasterio monachorum Iberorum (sive Georgianorum e Caucaso) ad occidentem urbis Hierosolymorum condito attulisse, laudatque Tischendorffii libros *Reise in den Orient* a. 1846, vol. 2, p. 69 et *Notitia* a. 1861, p. 49 adnot.

¹ De fragmentis Paulinis cf infra, p. 827, 828, num. 5 et 8.

² Westcott-Hort, *N. T.* [vol. 2] *Introd.* § 214; cf § 118.

³ Ioh. Guil. Reusch, *Syrus interpres cum fonte N. T. Graeco collatus*, Lipsiae a. 1741 (pp. 384); — Glocestrius Ridley, *De Syriacarum Novi Foederis versionum indole atque usu dissertatio Philoœniam cum Simplicis e duobus perretustis codd. mss. ab Amida transmissis conferente* G. R. Londinii a. 1761, recusa, e bibliotheca et cum quibusdam notis I. D. Michaelis, apud Ioh. Iac. Wetstenium, *Libelli ad crisin* etc. ed. Ioh. Sal. Semler, Halae a. 1766, p. 247—339; — Nic. Wiseman,

disputatum est,¹ invenitur in codicibus saeculi noni et decimi.² Quae ratio versioni huic cum textu Curetoniano sit accurate fortasse non prius statui poterit quam codices Syriaci accuratius indagati erunt; videtur autem versio Peshitta iam saeculo secundo exeunte exstitisse fuisseque mater illius versionis formae quam Curetonianam dicimus, neque dubitari potest quin postea expolita sit versio, unde fit ut saepe cum codicibus Graecis vetustissimis, saepissime cum iunioribus consentiat.³ Indole est ergo versio in codicibus quos habemus minus rustica, magis critica.

Westcottus Hortiusque⁴ (cum quibus mens inclinatur ut consentiam) putant textum Syriacum vulgatum textus veteris recensione deberi impulsu vel saltem consensu eorum factae qui in ecclesia Syriaca sive auctoritatis sive doctrinae nomine principatum tenebant; inde factum esse ut codices

Horae Syriacae, Romae a. 1828; — Ioh. Wichelhaus, *De Novi Testamenti versione Syriaca antiqua quam Peshitho vocant libri quattuor*, Halis a. 1850; — item Ricardus Iones, *Textus evangeliorum versionis simplicis Syriacae collatus cum duobus codicibus manuscriptis bibliothecae Bodleianae*, Oxonii a. 1805; — Ioh. Dav. Michaelis, *Curae in versionem Syriacam actuum apostolicorum. Cum consecrariis criticis de indole, cognationibus et usu versionis Syriacae tabularum Novi Foederis*, Gottingae a. 1755; — Conr. Ludov. Ern. Loehlein, *Syrus epistolae ad Ephesios interpres, in causa critica denuo examinatus*, Erlangae a. 1835.

¹ Re vera videtur Peshitta significare in summa „versio usitata sive vulgata“. Cf Nestle, *Herzog's Real-Encykl.* ed. 2, vol. 15, p. 192. Videtur nomen Peshitta primum versioni Veteris Testamenti vetustiori proprium fuisse, quo distingueretur a versione posteriore e LXX hausta. Serius translatum est nomen, ut videtur, ad versionem Novi Testamenti quae illi Veteris Testamenti adsociabatur; cf Tregellesius apud Hornium (ut supra, p. 803, adn. 1), p. 258.259.

² Noeldeke, *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, a. 1878, p. 589; — Nestle, *Literarisches Centralblatt*, a. 1879, num. 36, col. 1148.

³ Cf Tregellesius apud Smithium (ut p. 803), p. 3389.3390. Cf etiam Baethgenius (ut supra, p. 807, adn. 1).

⁴ Westcott-Hort, *N. T.* [vol. 2], *Introd.* § 118.188—190.

plerique vetustiores statim destruerentur, ita ut vix unus alterve casu mirabili hodie supersit. Nempe viri clarissimi suspicantur textui Graeco post medium saeculum tertium vel ineunte quarto fortasse cura Luciani († 312) Antiochiae recensito versionem Syriacam Edessae vel Nisibi vel etiam Antiochiae pari recensione adsimulatam esse, nihil vero eiusmodi saeculo quarto medio ad normam recensionis illius quam agnoscunt alterius Graecae passam esse.

Versio nomine „Karkaphensis“ Assemani et Wisemani somnium est. Codices vero qui nomen „Karkaphenses“ prae se ferunt apparatu critico instructi sunt qualis apud Iudaeos Massora dicitur, in quo exhibentur quae ad grammaticam et ad orthographiam et ad punctationem et ad interpunctionem et ad lectiones varias spectant.¹

Edita est versio Peshitta primum Vindobonae saeculo decimo sexto medio. Moses Meredinaeus [Mardenus]²,

¹ Nomen *Ḳarḳāphāyē* indicat monachi monasterii *Ḳarḳaphēthā* sive Calvariae in vico *Maghdal* sive *Mijdal* prope *Rēsh-āinā* sive *Rās-ām*. Fortasse fuit Iacobus Edessenus († anno 578) institutor operis. Lectiones variae exhibentur e codicibus Syriacis, in vetere testamento e textu Graeco LXX, e versione Heracleensi, e scriptoribus ecclesiasticis. Cf I. I. P. Martin, „Tradition Karkaphienne ou la Massore chez les Syriens“, *Journal asiatique*, Parisiis a. 1869, Oct.-Nov., p. 245—379, et „notes marginales“ p. 19, facsimilia 4, tabulae 5. Exstat „Massora Karkaphensis“ in codicibus sex: *Romae* Vat. Syr. 152 anni 980; Barber. VII, 62; — *Parisiis* bibl. nat. Syr. 142; — *Londinii* mus. Brit. Rich. 7183, Add. 12178 (N.T. 17162). Lond. mus. Brit. Add. 12138 anni 899 eiusdem generis est, originis vero Chaldaeo-Nestorianae non Karkaphensis. Conferendus est praeterea liber viri cl. Georgii Hoffmann, *Opuseula Nestoriana*, Kiliae 1880; ibi praeter alia quae ad orthographiam et punctationem Syriacam spectant, inveniuntur p. 85—122 „anonymi interpretatio vocum difficilium biblicarum“, p. 122—163 „anonymi scholia biblica“. Cf etiam v. cl. Gwilliam (ut supra, p. 807, adn. 1); — Wright (ut supra p. 807, adn. 1) p. 826 ab.

² De Mose Mardeno pariter atque de editione Vindobonensi cf Andreas Müller, *Dissertationes duae. de Mose Mardeno, una; de Syriacis librorum sacrorum versionibus deque Viennensi Antiochei*

sacerdos in Mesopotamia, ab Ignatio patriarcha Antiocheno Iacobita in occidentem missus, Maecenatem qui sumptus faceret Novi Testamenti Syriace typis exprimendi, postquam Romae et Venetiis frustra quaesivit, Vindobonae tandem invenit, cancellarium imperatoris liberalissimum et litterarum Syriacarum peritum, Iohannem Albertum Widmanstadium, qui ipse cum Mose (vix cum Guilelmo Postello¹) textum ad codices² qui ad manum erant impensis regiiis edendum curavit. Exiit tomus e prelo anno 1555,³ quattuor

textus Novi Testamenti editione, altera, Coloniae Brandenburgicae, a. 1673, etiam in libro Symbolae Syriacae, Berolini [a. 1673], et in libro Opuscula nonnulla orientalia, Francofurti ad Oderam, a. 1695, ubi invenies praeterea litteras Mosis anno 1553 datas.

¹ Postellus iam mensi Maio anni 1554 ab inimicis perterritus Vindobona fugit, in finibus Venetorum ut videtur trucidatus est, ut Widmanstadius in operis dedicatione narrat. Fortasse nominari debet Iohannes Lucretius, cf Müllerus, p. 30.33b et versus duo finales carminis Philippi Gundelii in extremo libro.

² Codicem unum Novi Testamenti in urbe Mozal ad flumen Tigrim scriptum Moses in Occidentem detulerat; cf Andreas Masius, *Grammatica linguae Syriacae*, Antverpiae a. 1573 (*Biblia Polyglotta Antverpiensia*, vol. 7, paginarum series a libri fine quarta), p. 4. Habebat praeterea Widmanstadius apographa duorum codicum quorum alter Thesei Ambrosii erat (monachi Augustini quo duce Widmanstadius antea ad studium litterarum Syriacarum accesserat), alter Lactantii Ptolemaei. An forte haec unius exemplaris apographa erant?

³ LIBER SACROSANCTI EVANGELII DE IESU CHRISTO Domino & Deo nostro. Reliqua hoc Codice comprehensa pagina proxima indicabit. *DIV. FERDINANDI ROM. IMPERATORIS designati iussu et liberalitate, characteribus et lingua Syra, IESU CHRISTO vernacula, Divino ipsius ore consecrata, et à Joh. Evangelista Hebraica dicta, Scriptorio Prelo diligenter Expressa.* — Ita titulus. Sequitur folium quod in fronte privilegium de characteribus et codice fert, in tergo catalogum eorum quae codici insunt. Deinde in foliis viginti tribus non numeratis dedicatio Widmanstadii ad Ferdinandum imperatorem. Deinde in paginis tribus notitia de editione et „de erratis typographicis in quatuor evangelistis emendandis“, quattuor locis stellula signatis, quibus discrepat textus Syrus a Graeco usitato, videlicet Mt 10,8 *νεχροὺς ἐγείρετε*, 27,35 om *ἴνα πληρ . . . ζλήσῃσιν*, Lc 22 om versus 17

partibus Evv Paul Act Cath (Iac 1 Pet 1 Ioh). Textus videtur accurate ex codicibus (cf infra, p. 837, num. 63a) typis exscriptus esse; ad finem additum est synaxarium; defuerunt sane, ut in codicibus, non solum 2 Pet 2.3 Ioh Iud Apoc sed etiam (Mt 10,8 27,35) Lc 22,17.18 Ioh 8,1—11 et 1 Ioh 5,7.¹

et 18, Ioh om pericopam de adultera. Deinde in folio singulo argumentum de euangelio Matthaei „ad duo vetustissima exemplaria“ typis exprimendo. Sequuntur foliis 129 numeratis quattuor evangelia. Deinde in foliis undecim non numeratis subscriptio evangeliorum, dedicatio ad Maximilianum II epistularum Pauli, errata, catalogus epistularum. Folia LXXX continent Pauli epistulas (Phm Hebr), additis duobus foliis non numeratis quae subscriptionem habent. Exemplaribus Lipsiensi (Lipsiensibus) Halensi desunt hoc loco folia quae dedicationem actuum ad Ferdinandum II continebant. Folia 38 continent actus apostolorum. Post folium singulum non numeratum desunt exemplaribus Lipsiensi (Lipsiensibus) Halensi folia quae dedicationem epistularum catholicarum ad Carolum II exhibebant; desuntne hae dedicationes in omnibus exemplaribus (cf v. cl. Eberhardus Nestle, *Syrische Grammatik*, ed. 2, Berolini a. 1888, p. 21)? Deinde post folium cui epistularum titulus inscriptus est („Reliquae sss. Petri, Iohannis, et Iudae epistolae unà cum Apoealypsi, et si extant apud Syros, tamen in exemplarib. quae sequuti sumus, defuerunt“) sequuntur in foliis 11 Iac 1 Ioh 1 Pet. Folia viginti octo non numerata exhibent tabulam lectionum ecclesiasticarum ex Novo Testamento, epistulam Widmaustadii ad Georgium Giengerum et Iacobum Ionana, carmen ad Philippum Gundelium, carmen quo huic respondetur.

Typis exscripta sunt huius editionis mille exemplaria, ex quibus Ferdinandus sibi quingenta, duobus patriarchis Antiochensi Maronitaeque trecenta, Mosae Meredinaeo ducenta destinavit. Exemplaria imperialia non videntur venundata esse ante annum 1562, quem annum titulo verso clipeumque suum insigne addidit typographus Zimmermann, unde error de editione tamquam illo anno impressa ortus est. — Exemplar alterum Lipsiense emit ut videtur Zacharias Schoultes Gorliaios anno 1557 (stetit „3 ff 6²/₃ pf“) et a. 1558 compingendum curavit, alterum prorsus mutilum comparavit sibi Martinus Trost Vittembergensis (qui N. T. Syr. anno 1621 edidit) anno 1611.

¹ De editionis mendis cf Andreas Müller (ut supra, p. 815, adu. 1), p. 31.32. Lectorem non latebit Müllerum non recte de versibus omissis iudicare. Vide etiam P. I. Bruns, „Bemerkungen über einige der vornehmsten Ausgaben der alten Syrischen Uebersetzung des N. T.

Immanuel Tremellius, qui etiam codice Heidelbergensi usus est, N. T. Syriacum ex editione Vindobonensi Lugduni a. 1569 Hebraicis typis exscripsit, additis versione Latina et textu Graeco cum Bezae versione Latina; anno 1571 repetita est haec editio.¹ Textus Syriacus quem Guido Fevre de la Boderie edendum curavit in Bibliis polyglottis Antverpiensibus anni 1571 (ef supra, p. 215), bis repetitus est Antverpiae annis 1573. 1575, additis saltem a. 1575 variis lectionibus e codice manuscripto Coloniensi a Francisco Raphelengio conlectis, bis (nisi forte utrique anno titulus accommodatus est) Parisiis annis 1584. 1586. Hugio teste textus Syriacus ab Elia Huttero² anno 1599 editus nihil valet in criticos usus. Anno 1621 (in aliis exemplaribus 1622 ef Nestle) edidit Martinus Trostius Cothenis Anhaltinorum editionem cum versione Latina quae varias lectiones ex quinque impressis editionibus exhibet.

Anno 1627 Lugduni Batavorum apocalypsim Syriace edidit Ludovicus de Dieu e codice Lugdunensi quem Caspar quidam Indus saeculo sexto decimo scripserat,³ et

und Varianten zu den Evangelien dieser Uebersetzung aus einem Wolfenbüttler Codex“, in actis Eichhornii *Repertorium für biblische und morgenländische Litteratur*, pars 15, Lipsiae a. 1784, p. 153—168, pars 16, a. 1785, p. 107—117.

¹ De his editionibus aliisque conferendi sunt Hugius (ut supra, p. 803), Tregellesius apud Hornium (ef supra, p. 803), in primis v. cl. Eberhardus Nestle, *Syrische Grammatik*, ed. 2, Berolini a. 1888, p. 20—27.

² Hutter, *Norum Testamentum . . . Syriace Ebraice Graece Latine Germanice Bohemice Italice Hispanice Gallice Anglice Danice Polonice*, Norimbergae a. 1599.

³ De Dieu, *Apocalypsis sancti Iohannis, ex manuscripto exemplari e bibliotheca cl. v. Iosephi Scaligeri deprompto, caractere Syro, et Ebraeo, cum versione Latina, et notis . . .* Lugd. Bat. a. 1627; etiam apud Lud. de Dieu, *Critica sacra*, Amstelaedami a. 1693, p. 763—861. — De apocalypsi ef v. cl. Isaacus H. Hall (ut supra, p. 808, adn. 2), et v. cl. Iohannes Gwynn, *The Academy*, Londinii die 18 Iunii a. 1892, vol. 41, p. 592bc.

anno 1630 in eadem urbe 2 Pet 2.3 Ioh Iud Edwardus Pocockius, Anglus, e codice Oxoniensi,¹ qui quinque libri, etsi in versione Peshitta dicta non insunt, additi sunt textui huius versionis in bibliis polyglottis Parisiensibus² annis 1630. 1633 et Londiniensibus³ anno 1657 edito (anno 1698 repetito), et in aliis quoque editionibus exstant.⁴

Capitulum de adultera Ioh 7,53—8,11 sive 8,1—11 eodem anno 1627 e codice Usseriano (cf infra, adn. 3) edidit Ludovicus de Dieu, e cuius libro receperunt pericopam biblia polyglotta Londiniensia et editiones posteriores Syriacae. Exstat hoc capitulum etiam in codice Barsalibaei (cf infra, p. 824).⁵

Anno 1664⁶ Hamburgi edidit Aegidius Gutbirius N. T. Syriacum formae minoris, cui postea (a. 1667) adsociata sunt lexicon Syriacum et notae criticae in N. T.

¹ Pococke, *Epistolae quatuor . . . ex celeberr. bibliothecae Bodleianae Oxon. MS. exemplari* [Orient. 119] nunc primum depromptae, et caractere Hebraeo, versione Latina, notisque quibusdam insignitae, Lugd. Bat. a. 1630 (foll. [4], pp. 66); fallitur qui credit textum litteris Syriacis exaratum in hoc libro non inesse. Cf etiam Henricus Roloff, (Disputationes duae quibus) *Versionem Syriacam II epistolae Iohannis cum textu Graeco . . . confert, simulque Latine transfert . . .* H. R. Wittebergae a. 1735 (pp. 32).

² Cf supra, p. 220.

³ Cf supra, p. 220.

⁴ De his quinque libris cf v. cl. Iohannes Gwynn, „The older Syriac version of the four minor catholic epistles“, *Hermathena*, Dublinii a. 1890, num. 16, (vol. 7), p. 281—314, et *On a Syriac MS. belonging to the collection of archbishop Ussher*, Dublinii a. 1886, pp 46, ex actis „Transactions of the Royal Irish Academy“ vol. 27, VIII; in dissertatione priore disserit Gwynn de accurate de Tischendorfii apparatu critico corrigendo, quod ad has epistulas et ad versionem Syriacam spectat.

⁵ Cf Tregelles apud Smith (ut supra, p. 803, adn 1) et Assemani, *Biblioth. Orient.* vol. 2, p. 53.170.

⁶ Titulus prior picturis ornatus annum 1663 prae se fert. De aliis editionibus (Hamburgi 1706, Francofurti 1731, Hamburgi 1749) et de variationibus in huius libri exemplaribus cf Nestle (ut supra, p. 817, adn. 2), p. 21—23.

Syriacum; lexicon cum spicilegio atque appendice et notis illis criticis iterum publici iuris fecit anno 1706, Numburgi, Iohannes Michael Gutbirius. Anno 1684 (cum novo titulo a. 1715) prodiit editio Sulzbachi typis impressa Norimbergae venum data, fortasse ex editione Antverpiensi anni 1575 repetita. Anno 1703 Romae iussu congregationis de propaganda fide Novum Testamentum Syriace et Carshunice editum est ad usum ecclesiae Maronitarum.

Anno 1708 (etiam 1709 in plerisque exemplaribus) Lugduni Batavorum ediderunt Iohannes Leusdenius et Carolus Schaafius, N. T. Syriacum,¹ quod Michaelis „editionem optimam“ praedicavit. Tischendorfius hac editione (syr^{sch}) ubique usus est. Punctatio inde ab initio usque ad Le 18,27 magis ad normam Chaldaicam exarata, inde, mortuo Leusdenio, ad normam Syriacam revocata est a Schaafio. Minime sufficit editio haec in N. T. textu ex Syriaca versione emendando.

Anno 1813 edidit Christianus Reineccius textum Syriacum Novi Testamenti.² Anno 1815, cuius anni mense Februario mortuus est, curavit Claudius Buchanan evangelia et actus Syriace;³ cur dicatur editio „suppressa“⁴ nescio.

¹ Leusden et Schaaf, *Norum . . . Test. Syriacum cum versione Latina . . . ad omnes editiones diligenter recensitum; & variis lectionibus, magno labore collectis, adornatum.* Lugd. Bat. a. 1708, 4^o; additum est Schaafii *Lexicon Syriacum concordantiale.* Anno 1717 repetita est editio cum novo titulo „secunda editio a mendis purgata“, sed eadem est typorum impressio.

² Reineccius, *Biblia sacra quadrilingua Novi Testamenti . . . Syriacis ex polyglottis Anglicanis et ed. Schaafii petitis,* Lipsiae a. 1713 (anno 1747 cum novo titulo, a. 1750 et 1751 addito Vetere Testamento).

³ *Evangelia sancta necnon acta apostolorum Syriace, cum interpretatione Latina,* Broxbourniae, a. 1815. De Buchanano cf Hugius Pearson, *Memoir of life and writings of Claud. Buchanan,* ed. 2, Oxonii a. 1817 (ed. 3. Londinii a. 1819).

⁴ Cf Tregelles (ut supra, p. 803, adn. 1) p. 262: „it was thought advisable (on amply sufficient grounds) to cancel wholly what had been done“. Ubique invenitur editio.

Anno 1816, impensis societatis „British and Foreign Bible Society“ dictae, curavit Samuel Lee¹ editionem N. T. Syriacam, quae Schaaffii editione nititur, sed ita ut punctatio vocalium correcta sit priore in parte, et textus nonnullis locis emendatus sit ex codicibus duobus nunc Cantabrigiensibus, duobus Oxoniensibus (a Ionesio² conlatis), e citationibus Ephraemi Syri, ex lectionario Adami Clarkii.³ Silvester de Sacy edidit Parisiis anno 1824 Novum Testamentum Syriace et Carshunice.⁴

Anno 1841 in urbe Persica Urmî, impensis societatis „American Bible Society“ dictae, edidit Iustinus Perkins Novum Testamentum Syriace [Nestlius citat editionem Syriacam et Neo-Syriacam Urmî a. 1846], quae editio repetita est Novi Eboraci annis 1874.1878.1886.⁵

Anno 1886 Baltimoriae in provincia Maryland, impensis universitatis Johns Hopkins, edidit v. cl. Isaacus

¹ Lee, *N. T. Syriace denuo recognitum atque ad fidem codicum manuscriptorum emendatum*, Londinii a. 1816 (de hac editione citat Nestlius „The Syriac New Testaments of the British and Foreign Bible Society“ ex actis *Quarterly Record of the Trinitarian Bible Society*, num. 55, mense Ianuario a. 1874).

² Ricardus Iones, *Textus sacrorum evangeliorum versionis simplicis Syriacae, iuxta editionem Schaaffianam collatus cum duobus eiusdem vetustis codd. MSS. in bibliotheca Bodleiana repositis, nec non cum cod. MS. commentarii Gregorii Bar Hebraei ibidem ad-serrato*, Oxonii a. 1805.

³ De Guilelmi Greenfieldii (evangeliorum) editione Bagsteriana anno 1828 ad fidem editionis Widmanstadii conformata, cum supplementis post editoris mortem indiligenter insertis cf Tregellesius apud Hornium, p. 263.

⁴ Nestlius citat editiones societatis biblicae („British and Foreign“ ut videtur) Londinii a. 1826, — librarii Macintoshii a. 1836, — librarii Bagsteri (Nestlius incertus est de anno 1840; fortasse editio eadem atque illa anni 1828 quam bibliotheca Lipsiensis possidet), — Bagsteri a. 1876.

⁵ Cf v. cl. Isaacus H. Hall, *Journal of the society of biblical literature and exegesis*, Iun. et Dec. a. 1883, p. 150.

H. Hall epistulas quattuor 2 Pet 2.3 Ioh Iud e codice anno 1471 scripto.¹

Annis 1887.1888 prodiit duobus tomis V. T., a. 1891 uno tomo Novum Testamentum ex Peshitta versione Mausili typis missionis quam dicunt fratrum praedicatorum curis Clementis Iosephi David, archiepiscopi Damasceni, et Georgii Ebed-Iesu Khayyath, archiepiscopi Amidensis. Vituperat Khayyath „editionum varietatem, erroribus ac mala fide passim scatentium, quae“, ait, „a Protestantium sectarum ac societatum typis prodeunt et tanta cum animarum pernicie per omnium manus circumferuntur“.

Tregellesius contulit codicem Richii, Musei Britannici 7157. V. cl. Isaacus H. Hall, qui nunc Novi Eboraci in America domicilium habet, contulit codicem Berytensem² collegii Americani. Hic vero codex in evangeliis recensionem quam Philoxenianam sive Ante-Heracleensem vir summus esse credit, in ceteris libris Peshitta praebet. Videtur codex saeculi noni esse; foliis 203 continentur Mt 12,20—Tit 1,9.

d. Versio posterior (unde syr^P), Philoxeniana vel rectius quod ad formam hodie cognitam attinet Heracleensis dicta, ex versione auspiciis Philoxeni³ (aliter Xenaiae),

¹ Hall, *Williams manuscript. The Syrian antilegomena epistles ... written A. D. 1471 by Sulcimán of Husn Keifa*, Baltimore a. 1886 foliis formae maximae 8 et tabulis photographiis 17.

36 (Evv Heracl et Paul Pesh) et missalia 25.26.28.29.31. 32.33.34; Assem. vol. 1, p. 582a, num. 5 Syr, et num. 6 Syr-Arab, et p. 616a, num. 41; 278 olim Assem. 21, 279 olim Assem. 22, 280 olim Assem. 23, 281 olim Assem. 24, 352 olim Assem. 95, 445 olim Assem. 188. — Hauniae bibl. reg. Syr.-Arab. 1: iuxta ritum Graecorum. — Novi Eboraci v. cl. Isaaci H. Hall: saec. XIII, 25×17.5, chart, foll. 95 (olim 108), coll. 2 (17×6:2 coll = 12), mut: *Evl* (Ioh εἰς Mt Lc σαβ.-zvp.) in ordinem Graecum redactum. Textu cum plurimis codd Syriacis consentit. Olim in monasterio Iacobitico-Romano Damasci. C.V.A. Van Dyck Americo-Beirutensis, ille qui biblia sacra Arabice vertit, anno 1877 codicem viro cl. Hall dono dedit. Hallius contulit fusiusque de codice disseruit, *Journal of the American Oriental Society*, vol. 11 (a. 1885), p. 287—325; — Novi Eboraci v. cl. W. H. Wardi: saec. ?, 37.5 × 26.2, membr?, fol. 1, coll. 2, ll. 23: fragm ex *Evl* (Mt Lc Ioh). Cf v. cl. I. H. Hall, *Journal of the American Oriental Society*, a. 1885, mense Maio, p. vi; et *The Independent*, Novi Eboraci a. 1885, die 19 Martii, p. 366d—367a; — v. cl. A. L. Longi CP (hodie in America?): membr: fragm *Evl*; Mt 16, 18, 19, 21 (heracl). Cf v. cl. I. H. Hall, *American Oriental Society*, a. 1885, mense Maio, p. vi; — Bostoniae bibliothecae societatis „American Board of Commissioners for Foreign Missions“: a. 1216, 23 × 17.5, chart, foll. 111, coll. 2, ll. 19: *Apl*. Cf v. cl. I. H. Hall, *Journal of the society of biblical literature and exegesis Jun.-Dec. 1888*, Bostoniae [a. 1889], p. 1—13. — Paris. bibl. nat. Syr. 37 (Zot. 59): saec. (?), in 4, chart, foll. 216: fragmenta tria *Evl* (Pesh et Heracl); Paris. bibl. nat. Syr. 22 (Zot. 51): a. 1138, in 4, membr, foll. 118: *Evl* (heracl); incipit de adventu quem dicunt. Cf etiam Peshitta Evv 12. — Item Berolini bibl. reg. Diez. A. Fol. 38: a. 1500, in fol, chart, foll. 295, coll. 2: *Evl*. E monte Libanon; — Berolini bibl. reg. Diez. A. Fol. 36: a. 1563, in fol, chart, foll. 333, coll. 2: *Evl*. E provincia

Tripoli; — Berolini bibl. reg. Orient. Fol. 354: saec. XII vel XIII et XVII vel XVIII, in fol, chart, foll. 274, coll. 2: *Evl* partim versionis Peshitta partim Heraeleensis. Industris ille Moltke de patriarcha Mausiliensi a. 1838 emit; — Berolini bibl. reg. Sachau 14: vet., membr: fragm lectionarii (*Evl?*); — Berolini bibl. reg. Sachau 20: vet., membr: fragm *Evl*; — Berol. bibl. reg. Sachau 32.36.38: exemplaria *Apl?* 40.42.44.46.48.50.54.56.74 (Arab?). 76.100.128.197. 304. — Item Benzeli 10 (hodie Upsaliae?): a. 1497, in fol: *Evl*. Manu Iosephi diaconi iussu fortasse abbatis Iohannis ex urbe Caphur; — Benzeli 11: a. 1555, in fol: *Evl* Syriace cum comm Arabico. Manu David Basi diaconi iussu episcopi Iohannis Ibn Marhum in regione Tripolitana. Olim monasterii Mar Dgiar Habas.

d. Versionis Philoxenianae-Heraeleensis.

De distinctione inter formam huius versionis priorem et formam posteriorem vix certa poni possunt. Exspectamus finem curarum et studiorum vv. ell. Isaaci H. Hall et Iohannis Gwynn. Inde suspicari licet, quam incerta sit haec quarta codicum series.

(a.) Quattuor Evangelia.

Anglia.

1. (Ac 1 P 1). Cantabrigiae universitatis Add. 1700. a. 1170, 23.7 × 16.2, membr, foll. 216, coll. 2, ll. 37—40; Euth, lect tab: *Evv Act Cath* (septem) 1.2 *Clem Paul* (Phm Heb.). Anno 1170 in monasterio Mar Şaliba in monte sacro prope Edessam, impensis viri Rabban Basili etiam Bar Michaelis Edessensis vocati, manu Sahdae Edessensis scriptus. Cilicia a Tataris devastata reportatus est codex in urbem Sebaste (Şiwâs) ibique a viro Rabban Daniel bar Hannun emptus et ecclesiae Mar Theodori a. 1284 dono datus. Fuit Iohannis sive Yuħannan dicti Stephani e vico Beth Severina, bar Yeshua, bar Behnam.

In catalogo librorum Iulii Mohl Parisiensis, Parisiis a. 1876 post eius mortem venum datorum, est num. 1796. Robertus L. Bensly, Cantabrigiensis, accuratius examinavit, et finem epistulae ad Hebraeos edidit, *The Harklean version of the epistle to the Hebrews chap. XI.28—XIII.25. now edited for the first time with introduction and notes on this version of the epistle*, Cantabrigiae a. 1889, cum facsimili.

2. Lond. mus. Brit. Richianus 7163 (Forshall. 19).
 saec. IX vel X, in fol, membr, foll. 36, coll. 2; capp (Mt 68 Lc 83 Ioh 19), subser cui additur numerus miraculorum (Lc 22 Ioh 8), parabolarum (Lc 27 Ioh 5), testimoniorum (Lc 16 Ioh 25): Mt 1,1—9,14 16,1—23,6 Mc 5,24—11,4 Lc 24,45—Ioh 1,48 11,41—12,12 15,11—16,13 21,14—fin. Subscriptio generalis Thomae dicit eum codicibus duobus Graecis usum esse. Facs in catalogo Forshallii exstat.

3. Lond. mus. Brit. Richianus 7164 (Forshall. 20).
 saec. XI vel XII; lect: *Erv*. Manu Gabrielis monachi filii Sergii monachi et presbyteri „qui genus ducit ex Caphrasalta civitate“.

4. Lond. mus. Brit. Richianus 7165 (Forshall. 21).
 saec. XIII; sect, harm in ima pag, lectt varr, subser (sect, mirac, testim): *Erv*; desunt Mt 1,1—16,2 Ioh 8,45—10,12 11,2—39 12,40—13,21 13,33—36 14,10—fin. Inest (post Ioh 16,13) folium exhibens partem historiae passionis domini ex quattuor evangeliiis contextae, quae in codicibus Philoxenianis haud raro reperitur evangeliiis adnexa: Mt 26,40.41 Lc 22,43.44 Mt 26,42—50 Ioh 18,4—9 Mt 26,50 Ioh 18,10.11 Mt 26,52—54 Lc 22,51 Mt 26,55 Lc 22,52.53 Mt 26,56 Mc 14,51.52 Ioh 18,12—14.

5. Lond. mus. Brit. Richianus 7166 (Forshall. 22).
 saec. XV vel XVI; capp, lect, subser: *Erv*; desunt Mt 4,25—5,16 21,4—16 Mc 15,39—44; m rec suppl

Mt 1,1—4,25 5,15—43 9,17—35 Ioh 7,4—22 21,2—16.
Manu Salomonis scriptus. Emit anno 1812 diaconus
Iosua filius Thomae Sareptani e vico Beth Iamaa Sheba,
a Gaggaeo (?) filio Cushbae Hubib, testibus presbyteris
Georgio filio Matthaei Sherinensis et Iosepho filio Cadrashnu.

6. Lond. mus. Brit. Richianus 7167 (Forshall. 23).

saec. XVI: Mt 1,1—4,21 5,39—6,9 6,29—10,16
10,39—11,19 13,24—41.

7. (Pesh Ac 27 P 51). Lond. mus. Brit. Add. 17,124
(Wright. 65).

a. 1234, 24×16, membr, foll. 173, coll. 2, ll. 36;
lect, syn: *Evv* versione Heracleensi, tum Peshitta versione
Act Iac 1 Pet 1 Ioh Paul (Phm Hebr); desunt Mt 1,1—4
5,39—21,4(5) 21,35(36)—27,22(23) 27,58(59)—28,20
Mc 1,1—15,33(34). Manu Isaaci iussu Theodori monachi
in monasterio Nāṭphā supra monasterium Ananiae ad
orientem urbis Māridin. Anno 1516 fuit in monasterio
Mariae Deiparae, quo tempore Gregorius metropolitanus
Hierosolymitanus adnotationes nonnullas scripsit iussu
Severi abbatis, qui codices multos bibliothecae inseruit.

8. Lond. mus. Brit. Add. 14,469 (Wright. 120).

a. 936, 34.5×25.7, foll. 205, coll. 2, ll. 20—27; capp
ut in codd Gr, sect, can, harm in ima pag, hic illic
lect: *Evv*. Scriptus manu presbyteri Iohannis in deserto
Scetensi in usum abbatis Mosis Nisibeni.

9. (Ac 3 P 3). Oxonii collegii Novi 333.

saec. XI, in ? , chart, foll. 273, coll. 2; Carp, Eus-t,
prol, Euth: *N. T.*; deest Hebr 11,27—13,25. Olim
Glocestri Ridley. Iosephus White edidit Act et Epp ex
hoc codice Oxonii a. 1799, cf supra, p. 823.

10. (Ac 4 P 4). Oxonii collegii Novi 334.

saec. XI, in fol, chart, foll. 197, coll. 2; syn: *N. T.*;
deest Hebr capp. 12 et 13.

11. Oxonii Bodl. Dawk. 3.

saec. ? , in fol, membr, foll. 178, coll. 2; harm in

ima pagina: *Erv* ex versione Heracleensi; desunt Mt 1,1—8,33 Ioh 21,13—fin. Cf Urius, cod. Syr. num. 14.

11 a. [Oxonii Bodl. Pocock. 316.

saec. XVII, in fol, chart: *Erv* versionis Heracleensis, manu Samuelis Clerici architypographi Oxoniensis descripta. Cf Urius, cod. Syr. num. 16].

Gallia.

12. Paris. bibl. nat. Suppl. Syr. 87 (Zot. 52).

a. 1165, in 8, chart, foll. 223; capp-t: *Erv*.

13. Paris. bibl. nat. Syr. 20 (Zot. 53).

saec. XII, in 8, membr, foll. 174: *Erv*.

14. Paris. bibl. nat. Syr. 23 (Zot. 54).

a. 1192, in 8, membr, foll. 242; Carp, Eus-t, capp-t, harm in ima pag, syn: *Erv*; m ser addit in marg pericopen de adultera ex versione abbatis Mar-Paul. Cf Adlerus, *N. T. verss.* (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 55 ss.

15. Paris. bibl. nat. Suppl. Syr. 86 (Zot. 55).

a. 1203, in 8, membr, foll. 199; capp-t, syn m ser: *Erv*; m ser folia nonnulla supplevit versionis vero Peshitta.

16. Paris. bibl. nat. Syr. 12 (Zot. 56).

a. 1264, in 4, chart, foll. 191; syn: *Erv*; post fin Ioh exstat pericope de adultera (ut Syr. 23), item epistulae Abgari et Iesu.

17. Paris. bibl. nat. Suppl. Syr. 14 (Zot. 57).

saec. XIV, in 4, chart, foll. 348: *Erv* Syr-Arab (Carshuni). Exscriptus ut videtur ex codice anni 871.

18. Paris. bibl. nat. Suppl. Syr. 77 (Zot. 58).

a. 1480, in 8, chart, foll. 300; syn: *Erv*.

Germania.

19. Berolini bibl. reg. Diez. A. Oct. 161.

saec. XI vel XII, in 8, chart, foll. 241, coll. 2; lect: *Erv*.

20. olim Altdorfae (hodie Monaci ? non in bibl. reg.).

saec. XII ? , in ?, in membr: *Erv*; Ioh 11,48—21,25 man rec. Cf Adlerus, p. 15—16. (Inest man sec. a. 1244).

Hibernia.

21. (Ac 5 Ap 1) Dublinii collegii Trinitatis B. 5.16.
 saec. XV, in 4, chart: *Ioh 7,53—8,11 2 Pet 2,3 Ioh
 Iud Apoc*; sequitur tractatus Ephraemi Syr „de sapientiae
 et scientiae amore“. Iussu archiepiscopi Usserii anno 1625
 ex Oriente latus est codex. Ludovicus de Dieu codice
 usus est. Ex hoc codice hausit Waltonus *Ioh 7,53—8,11*.
 Fusius de hoc codice disseruit v. cl. Iohannes Gwynn,
On a Syriac MS (cf supra, p. 818, adn. 4).

Italia.

22. Flor. Laur. I. 40 (Assem. 3).
 a. 757; (Carp, Eus-tab, syn m ser), sect, can, harm
 in ima pag, subser, capp, sect, miracula, parabola, *μααϛ*,
 pict: *Err.* Olim in monasterio s. Mariae de Kannubin.

23. Romae bibl. Angelicae.
 saec. XIII ?, in fol, membr, foll. 139, coll. 2: *Err.*
 Textus „maxime a reliquis [Heracleensibus] abhorret, sed
 saepe consentit cum Graeco“; cf Iac. Georgius Christianus
 Adler, *Novi Testamenti versiones Syriacae . . . Hafniae*
 a. 1789, p. 59—63, et 74, lin. 4.5.

24. Romae Vat. Syr. 18 olim 34.
 a. 1481, in 8, chart, foll. 184; lect: *Ioh.* Olim in
 monasterio Deiparae in deserto Scetensi. Cf Assem. *Bibl.*
ap. Vat. . . . cat. pars 1, tom. 2, p. 65—70.

25. (Ac 6 P 5) Romae Vat. Syr. 266.
 saec. VII, in 4, membr, foll. 226, coll. 2; syn: *Err*
Act Cath Paul. Olim Assemaniorum (unde A. 9), a quorum
 heredibus pontifices maximi codices emerunt. Cf Maius,
Scr. vet. nova coll., vol. 5 (Romae a. 1831), pag. series
 altera, p. 4. Hic videtur esse Adleri (ut cod. 23), p. 63.64,
 Assem. 1, codex sola evangelia continens.

26. Romae Vat. Syr. 267.
 saec. VIII, in fol, membr, foll. 163, coll. 2; harm
 in ima pag, syn: *Err.* Olim Assem. 10. Cf Adler (ut
 cod. 23), p. 64.65.

27. Romae Vat. Syr. 268.
saec. ?, in fol, membr, foll. 172; Eus-tab, harm in
ima pag, lect, syn: *Evv*. Olim Assemaniorum 11. Cf
Ang. Maius, *Scr. vet. nova collectio*, vol. 5 (Romae a. 1831),
paginarum series altera, p. 45. Maius putavit Thomam
Heracleensem manu propria hunc codicem scripsisse a. 615.
28. Romae Vat. Syr. 271.
a. 1492, in fol, chart, foll. 361, coll. 2 Syr-Arab;
syn: *Evv* Syr-Carshunice. Olim in ecclesia Deiparae pagi
Clebini in Cypro. Erat Assem. 14.
29. Romae Vat. Syr. 272.
a. 1487, in fol, chart, foll. 257, coll. 2; syn: *Evv*.
Olim Assem. 15.

(b). Actus et epistulae catholicae.

1. (Evv 1 P 1). 2. (Evv 7 P 2). 3. (Evv 9 P 3).
4. (Evv 10 P 4). 5. (Evv 21 Ap 1). 6. (Evv 25 P 5).
7. (Evv^{pesh} 3 Ap^{philox} 2). 8. (Evv^{pesh} 65). 9. (Act^{pesh}
2). 10. (Act^{pesh} 15): saec. IX: *Iac 2 Pet 1 Ioh*; leect
varr in mg.

(c). Epistulae Paulinae.

1. (Evv 1 Ac 1). 2. (Evv 7 Ac 2). 3. (Evv 9 Ac 3).
4. (Evv 10 Ac 4). 5. (Evv 25 Ac 6).

(d). Apocalypsis.

Anglia.

1. (Evv 21 Ac 5). 2. (Evv^{pesh} 3 Ac^{philox} 7). 3. (Act 3).
4. (Act 14 P 15).
5. Oxonii Bodl. 3980.13.
a. 1628, in 4, chart: fragm *Apoc* Syriace inter alia
varia. Cf Urius, cod. Syr. num. 6.

Batavia.

6. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. Hebr. Scaliger. 18
(Goeje 2345).

saec. XVI, in 8, chart, foll. 61: *Apoc.* Manu Casparis scriptus (cf cod Venet. s. Marci, Tregelles *Intr.* p. 280 [ed. 1856]), qui anno 1582 codicem Apocalypsis scripsit. Ex hoc codice edidit Ludovicus de Dien *Apoc* (cf supra, p. 817.818). De hoc codice cf v. cl. E. Gwynn, *On a Syriac MS* (ut supra, p. 818, adn. 4), p. 46.

De evangelii lectionibus cf supra, p. 851—853, et Romae bibl. Barberinae 105: saec. ?, in fol, membr, foll. 176: *Evl* in dies selectos. Cf Adlerus, p. 66—74. — Romae in collegio „de propaganda fide“: a. 1577: *Evl*.

(2.) AEGYPTIACAE.¹

Certe saeculo tertio medio, quo tempore sanctus Antonius puer evangelia in ecclesia audiebat (vix est fabula),² immo veri similiter iam saeculo secundo exeunte exstabat versio Aegyptiaca,³ sed de interpretibus nihil scimus.⁴ Tres linguae Aegyptiicae dialecti⁵ Memphitica, Thebaica, et Bashmurica in totidem versionibus exhibentur; e quibus

¹ De his versionibus Aegyptiacis scripsit I. B. Lightfootius apud Scrivenerum, *Plain Introd.* ed. 3, Cantabr. a. 1883, p. 365—405; mihi quoque auxilio esse voluit vir illustris Lightfootius nunc morte a nobis ereptus. Cf Woide-Ford, *Appendix ad editionem N. T. Gr. e cod. ms. Alexandrino*, Oxonii a. 1799.

² Consentiente v. cl. rei historiae peritissimo Alberto Hauck, rationes v. cl. Hermanni Weingarten, *Der Ursprung des Mönchtums*, Gothae a. 1877, pp. 10—22, accipere nolo.

³ Sternius vult versionem saeculo tertio ad finem vergente existisse; vide adnotationem 5 quae sequitur.

⁴ V. cl. Agapius Bsciai, episcopus Cariopolitanus, librum Hiob Thebaice scriptum repperit cui deerant ea quae Origenes e versione Theodotionis hausit, unde videtur versio Thebaica huius libri Origene anterior esse, cf acta, *Moniteur de Rome*, die 26 Oct. a. 1883.

⁵ Cf tamen Ludovicus Stern, „Koptische Sprache und Literatur,“ in libro Erschii et Gruberi, *Allgemeine Encyclopädie der Wissenschaften und Künste*, pars 39, Lipsiae, a. 1886, p. 26b—36a. Eodem in libro, p. 25a—26b, invenies Bernardi Punjer dissertationem de ecclesia Coptica.

Memphitica versio et Thebaica suam quaeque originem e Graeco sine mutua affinitate trahere videntur, Bashmurica saeculo fortasse tertio exeunte e Thebaica fluxisse.

Schisma inter Iacobitas et Melchitas ortum penitus separavit Coptitas ab ecclesia Constantinopolitana et effecit ut versio Alexandrina pura conservaretur; et cum post annos centum quinquaginta Arabes inciperent linguam Copticam expellere, Coptitas impediverunt quominus versionem illam antiquam et puram corrumpent. Quam puritatem recognoverunt viri rei criticae periti qui saeculo duo decimo in Aegypto floruerunt. Codex antiquissimus anno inscriptus, anno scilicet 1174, re vera textum continet antiquum. Deinde in omnibus fere codicibus ars critica apparet, corruptelaeque cum perspectae sunt corriguntur aut indicantur. Sic subscriptio codicis saeculo quarto decimo scripti diserte notat scribam quendam Gabriel, qui anno 1250 floruit, fideliter diligenterque textum eius ab omnibus corruptelarum Graecarum Syriacarum ceterarum sordibus purgasse. Hinc efficitur codices quos habemus, licet iuniores sint, haudquaquam tamen esse neglegendos.

a. Memphitica.¹ Dialectus Aegypti inferioris Memphitica,² interdum ex Arabico nomine Bohirica dicta, olim quia sola cognita erat Coptica nominata (unde Tischendorfius *cop* siglum adhibuit), satis apta erat ad Graeca reddenda. Ubi carebat, saepe etiam ubi non carebat, dialectus proprio verbo, mutuata est a Graeco. Neque tamen distingui potest inter lectiones varias quae vel participium vel verbum finitum praebent. Praeterea cum

¹ Sententia Sternii confecta est primum versio Sahidica, tum Memphitica, tum demum Subsahidica quam Bashmuricam dicimus.

² Conferenda sunt tamen verba Ludovici Stern viri dialectorum Copticarum peritissimi, *Koptische Grammatik*, Lipsiae a. 1880, p. 1—2 et 11—15. Ios. Evodio Assemano teste, *Bibl. Med. Laur. et Pal. cat.* Flor. a. 1742, p. 54, demonstrat martyrologium Copticum biblia e Graeco, Chaldaico, Hebraico in linguam Copticam a monachis in Thebaide saeculo quarto (anno circiter 336) translata esse.

passivum desit, passiva Graeca per personam tertiam pluralis activi impersonaliter usurpatam redduntur.¹ Lightfootius arbitrabatur hanc versionem optimam esse et praefendam versionibus Syriacae veteri et Latinae veteri in usos criticos, ut quae textum primae notae praeberet.

Continet versio Memphitica Novum Testamentum totum sed inferiorem locum tribuit Apocalypsi, quae plerumque separatim exscripta est; haec opinio de Apocalypsis auctoritate facile intellegitur ex iis quae Dionysius Alexandrinus (clar. a. 233—265) contra illum librum protulit. Omittitur Apoc etiam in vocabulariis Copto-Arabiceis.

Partes singulae N. T. in hunc ordinem redactae sunt: Evv Paul Cath Act. Evv: Mt Mc Le Ioh, in vocabulariis saepe: Ioh Mt Mc Le;² — Paul plerumque: Thess Heb Tim; — Cath: Iac 1.2 Pet 1.2.3 Ioh Iud.

Fellius (ut supra, p. 223) anno 1675 accepit lectiones varias Memphiticas a Thoma Mareschallo (* 1621, † 1685), qui mortuus est antequam editionem evangeliorum Copticam curare posset. Millius usus est lectionibus ex schedis Mareschalli (codd. 3.4.5, infra, p. 869) et lectionibus a Ludovico Pickio e codicibus Parisiensibus regiis (331.336.398) conlectis. David Wilkinsius (inde Tischendorffii *cop*^w vel *wilk*)³

¹ Interdum usurpatur persona tertia singularis, ubi subiectum singulare subintellegi potest. Praeterea forma verbi qualitativa hic illic passivi locum tenet.

² Haec mihi videntur ordinem librorum in ecclesia per annum legendorum sequi.

³ Wilkins, *N. T. Aegyptium vulgo Copticum ex MSS Bolleianis descripsit, cum Vaticanis et Parisiensibus contulit, et in Latinum sermonem convertit* D. W. Oxon. 1716. Lightfootius notat Wilkinsium 1 Cor 13.3 verba Memphitica pro *ἵνα καυχῆσθε* „ut comburam“ vertisse, unde etiam Tattamum in lexico suo significationem „incendere“ dare pro *ὑποῦπον* et ad hunc locum provocare, etsi semper significet verbum illum „laudare“ sive „glorificare“. Textus evangeliorum Wilkinsii, nonnullis emendatis e codice Evv 11, curatus est Londinii a. 1829 a Tattamio in usum societatis „British and Foreign Bible Society“ in editione evangeliorum Copto-Arabica.

natu Borussus („Wilke“), edidit Oxonii anno 1716 N. T. Coptice, sed tam negligenter ut textus interdum secum non congruat et versio Latina minime cum Copticis conveniat. Crozius (La Croze) communicavit lectiones paucas e codicibus Berolinensibus cum Bengelio, et Woidius¹ conlationem primi Marci capitis e codice Berolinensi exhibuit.

Annis denique 1846.1847 prodierunt Lipsiae evangelia Coptice cura Mauritiï Gotthilf Schwartzæ,² unde Tischendorfii *cop*^{sch} vel *schw*, qui codicibus duobus Berolinensibus (cf infra, p. 875, Evv 26 Diezii unde Tischendorfii *cop*^{dz}, Evv 27 Petraei unde *cop*^{petr}) usus est et lectiones Copticas cum lectionibus Tischendorfii, Lachmanni, codicis Ephraemi comparavit. Schwartzio mortuo Alexander de Humboldt exemplar Schwartzianum Novi Testamenti editionis Copticae Wilkinsianae, in quo Schwartzius conlationes suas notaverat, dono dedit Paulo Boetticher (posterius de Lagarde), qui actus et epistulas Halae anno 1852 edidit,³ omissa versione Latina, lectionibus variis in margine exhibitis. Ad epistulas Paulinas edendas adhibuit Boetticherus conlationes duorum codicum

¹ Woide, *Appendix* (ut supra, p. 859, adn. 1), p. [13]—[18].

² Schwartzæ, *Quatuor evangelia in dialecto linguae Copticae Memphitica perscripta, ad codic. MS. Copticorum in regia bibliotheca Berolinensi adscriptorum nec non libri a Wilkinsio emissi fidem edidit, emendavit, annotationibus criticis et grammaticis, variantibus lectionibus expositis atque textu Coptico cum Graeco* [N. T. Tischendorfii a. 1841, Lachmanni a. 1842, codicis Ephraemi a Tischendorfio editi a. 1843] *comparato instruit M. G. S. Lipsiae* (Mt Mc a. 1846, Le lo a. 1847). De Schwartzio cf *Intelligenzblatt zur allgemeinen Literaturzeitung*, Halae et Lipsiae a. 1849, num. 1, coll. 1—8. Henricus Tattam presbyter ecclesiae Anglicanae edidit, sub auspiciis societatis scientiae Christianae promovendae causa institutae, in usum et patriarchae et ecclesiae Aegyptiacae, N. T. Coptice e codice patriarchali cum codicibus Tattami et Curzonii conlato; variae lectiones non dantur: *The book of the four holy gospels*, [Londinii?], a. 1847. *The second book of the N. T.* a. 1852.

³ Boetticher, *Acta apostolorum Coptice*, Halae a. 1852; *Epistulae Novi Testamenti Coptice*, Halae a. 1852.

Anglicorum (*tattamiani* et *curetoniani* dictorum, a Schwartzio conlatorum,¹ cf infra, p. 879.880, Epp Act 4.6), unius Parisiensis (*p*, cf infra, p. 880, Epp Act 8), trium Berolinensium (cf infra, p.881, Epp Act 13.14.15); — ad epistulas catholicas et actus adhibuit illos duos Anglicos, duos Parisienses (*p* et *m*, cf infra, p. 881, Epp Act 11.12). Paucitas codicum conlatorum, conlatio mirabilis eum triplici isto textu Graeco in evangeliiis, Schwartzii editionis utilitati multum detrahunt; Boetticheri vero editiones, quarum gratia codices Parisienses (Parisiis Halam missos) et Berolinenses contulerat, iniuria maxima viri docti propter recensionem quandam² spreverunt, quae recensio et studiis Copticis quod ad N. T. attinet et fortunae viri clarissimi atque doctissimi Boetticheri detrimento magno fuit.³ Si recensio scienter non inscienter scripta fuisset haberemus hodie prorsus alia instrumenta in versionibus orientalibus excutiendis, cum Boetticherus versiones Syriacas, Copticas, Armeniacam, Aethiopicam in usus criticos conferre vellet. Recensio illa, una cum duabus aliis eiusdem generis, causa fuit ut stipendium, ut codicum Parisiensium usus, ut alia Boettichero a ministerio publico negarentur.

b. Thebaica. Dialectus Aegypti superioris Thebaica, ex Arabico nomine Sahidica⁴ (unde Tischendorffii *sah*) dicta, *sah* non ante saeculum duodevicesimum cognita videtur esse in Europa occidentali. Etsi verba Graeca

¹ Laudat Lightfootius versionis evangeliorum Thebaicae conlationem Schwartzianam, quae errores Woidii et Fordii correxit.

² *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae a. 1853, vol. 7, p. 115—121.

³ Lagarde, *Aus dem deutschen Gelehrtenleben. Actenstücke und Glossen*, Göttingae a. 1880, p. 25—65.73—77, enumerat vitia recensionis illius. Si Boetticheri petulantia dolenda est, quae (p. 64) schedas eius Copticas delevit, plus dolenda est fortuna viri, quae studia eius impedivit.

⁴ Sternius (ut supra, p. 859, adn. 4), distinguit inter Sahidicam et Subsahidicam versionem; huic tribuit fragmenta evangelii Iohannis Borgiana.

fortasse liberius quam dialectus Memphitica mutuata est, tamen minus fideliter Graeca in constructione sequitur, coniunctionibus saepe omissis. Rudior est haec versio quam Memphitica. In usus criticos aestimat Lightfootius textum huius versionis uno textu versionis Memphiticae inferiorem esse; praebet lectiones occidentales, quas dicunt, saepius quam Memphitica minus vero saepe quam Syriaca vetus et Latina vetus. Inter Memphiticam et Thebaicam nulla versionis affinitas agnoscere potest; Lightfootius apud Scrivenerum (p. 353.354) exscripsit parallelis columnis Act 17,12—16 cum Memphitice tum Thebaice ut facilius comprehendi posset discrepantia harum versionum.

Continet versio Thebaica N. T. totum, sed pariter atque Memphitica locum inferiorem Apocalypsi tribuit, qui liber, fere semper separatim exscriptus, etiam in vocabulario libris sacris non adsociatur.

Quoad ex vocabulario concludi potest erat ordo Novi Testamenti partium Evv Paul Cath Act. Vocabularium praebet evangeliorum ordinem: Ioh Mt Mc Lc, fortasse propter ordinem librorum per annum legendorum;¹ ipsorum enim librorum fragmenta talem ordinem non confirmant. In Paul stabat Hebr inter 2Cor et Gal, non post Gal ut in antigrafo codicis B Vaticano.

Haec fragmenta Novi Testamenti Thebaica hodie cognita sunt (cf Zoega [ut infra, p. 867, adn. 1], p. 203—206, et Ciasca [ut infra, p. 867, adn. 2], vol. 1, p. X. XI):

Mt 1,1—4,11 4,16 5,14—20 5,22—36 5,40—46 6,2—11,25
 11,28 et 30 12,31—15,14 15,28—16,6 16,13—28,10
 28,18 et 20 *Mc* 1,36—38 et 41—44 2,2—4 et 7—9
 2,12—9,16 9,19—14,26 14,34—15,41 16,20 *Lc* 1,1—2,50
 3,5—6,48 7,11—17 et 29—50 8,36—9,41 11,5—11
 et 27—32 et 37—52 12,5—16,7 16,16—23 17,7—21,38
 22,6—24,53 *Ioh* 1,1—6,9 6,15—59 6,68—7,52 8,12—21,25.

¹ Cf supra, p. 861, et p. 690.

Act 1,1—27,38 *Iac* 1,1—2,4 2,8—23 3,3—6 4,11—17
 5,7—20 *1 Pet* 1,3 1,13—21 2,7 et 9 et 13—25 3,8
 et 15 et 22 4,1 et 7—14 *2 Pet* 1,1—2,3 2,12—3,18
1. 2. 3 Ioh integrae.
Rom 1,10—12 et 25 6,4—8,38 9,7—24 10,14—11,11
 11,31—12,10 13,7—14,4 14,17—23 *1 Cor* 1,2—2,11
 3,10—21 9,1—14,21 14,27 et 28 15,3—33 *2 Cor* 6,1—6
 10,5 10,7—13,13 *Gal* 1,1—6,18 *Eph* 1,1—6,24
Phil 1,6—4,23 *Col* 1,1—2,15 3,5—4,18 *1 Thess* 1,1—5,28
2 Thess 1,1—2,13 3,14—18 *1 Tim* integra (?) *2 Tim*
 1,1—16 2,19—3,5 *Hebr* 1,1—8 2,11 2,16—3,3
 7,11—21 9,2—10 et 24—28 10,5—30 et 34—36 11,5—7
 et 11—22 12,1—13,25
Apoc 1,8 1,13—2,2 3,7 3,20—6,3 7,1—9,2 12,14—14,13
 19,7—18 20,4 20,7—21,3.

R. Tuki (unde *tuk*), episcopus Arsinoensis in libro *Rudimenta linguae Coptae sive Aegyptiacae ad usum collegii Urbani de propaganda fide*, Romae a. 1778, praebuit multos locos ex V. et ex N. T. Thebaico. Nescimus tamen unde fluxerint loci; Schwartzius (cf supra, p. 862) quidem adseveravit Tukium nonnulla Thebaica e versione Arabica concinnasse. Tregellesius Tukio usus est in *Apoc*, et Tischendorfius fortasse per Tregellesium eum novit. V. cl. S. C. Malan in libro *The Gospel according to S. John translated from the eleven oldest versions except the Latin*, Londinii a. 1862 adhibuit locos omnes Iohanneos quos Tukius praebuit. Woidius (unde *woi*), qui iam a. 1778 editionem fragmentorum Novi Testamenti Thebaici Oxoniensium promiserat et lectiones varias (vide infra, p. 885, cod. 7) ediderat, anno 1790 mortuus est, et Henricus Fordius curavit librum eius: *Appendix ad editionem Novi Testamenti Graeci e codice MS. Alexandrino a C. G. Woide descripti, in qua continentur fragmenta Novi Testamenti iuxta interpretationem*

dialecti superioris Aegypti quae Thebaica vel Sahidica appellatur, e codicibus Oroniensibus maxima ex parte desumpta, cum dissertatione de versione bibliorum Aegyptiaca, Oxonii a. 1799. Fragmentis e codicibus Novi Testamenti addidit Woidius pauca ex his libris: Vocabularium Sahidicum, Paris. bibl. nat. MS. Copt. 44; — De mysterio literarum Graecarum discursus Gnostici a Seba scriptus anno 1393, Oxon. Bodl. MS. Hunt. 393, in 4, chart; vide praef. Fordii, apud Woidium p. vi seq. et [21] adn. a; — Brucii papyrus quae opera duo Gnostica continet, nunc Oxon. Bodl. Bruc. 96: loci et V. T. et N. T. in codice insunt. Haec duo opera edidit v. cl. Carolus Schmidt, *Gnostische Schriften in koptischer Sprache aus dem Codex Brucianus herausgegeben, übersetzt und bearbeitet* [Gebhardt et Harnack, *Texte und Untersuchungen*, vol. 8, partes 1. 2], Lipsiae a. 1892, pp. XII et 692; — Pistis Sophia olim Askewii nunc Lond. Mus. Brit. MS. —?: loci et V. T. et N. T. Nonnulla praebet Woidius. Schwartzius exscripsit codicem, et Petermannus ex schedis Schwartzii Berolini a. 1853 edidit. Annis 1785 et 1790 nonnulla ex Novo Testamento edidit Mingarellius (unde *ming*)¹ e codicibus Nanianis, anno 1789 Augustinus Antonius Georgius² monachus Augustinus fragmenta evangelii Iohannis e codice Borgiano, eodem anno M. Fridericus Münterus (unde *munt*)³ epistularum Paulinarum fragmenta Borgiana.⁴ Anno 1810 publici iuris factus

¹ Iohannes Aloysius Mingarelli, *Aegyptiorum codicum reliquiae Venetiis in bibliotheca Naniana asserratae*, Bononiae, fasc. 1, a. 1785, p. vi—lxii, et fasc. 3, 1790, p. —?

² Giorgi, *Fragmentum evangelii s. Ioannis Graeco-Copto-Thebaicum saeculi iv . . . ex Veliterno Musco Borgiano*, Romae a. 1789.

³ Münter, *Commentatio de indole versionis Novi Testamenti Sahidicae. Accedunt fragmenta epistolarum Pauli ad Timotheum ex membranis Sahidicis Musei Borgiani Velitris*, Hafniae a. 1789.

⁴ Lectiones Griesbachii a. 1806, Act 24, 22. 23 25, 6 27, 14 Col 2, 2 suspicatus est Lightfootius e codicibus Borgianis esse, cum in libris typis expressis eas invenire non posset.

est liber postumus Georgii Zoega (unde *zoeg*)¹ Dani, in quo tria fragmenta exhibentur. Denique nostra aetate ediderunt viri ell. Carolus Cengney (cf infra, p. 885, cod. 12), Urbanus Bouriant (cf infra, p. 891, codd. 88.89), E. Amélineau,² Gastonus Maspero (cf infra, p. 886, codd. 13.14), Rossius (cf infra, p. 890, cod. 83), Oscarus de Lemm, (cf infra, pp. 890.891, codd. 85–88) fragmenta multa Novi Testamenti. Quae sequuntur, edidit v. cl. Amélineau in actis *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde*, XXIV, Lipsiae a. 1886, pp. 41–56: *Lc* 1,1–2,49 3,5–8 6,36–48 7,(11)12–17 et 36–50 11,27–32 et 37–52 14,12–35 16,1–7 17,7–18 19,30–21,38 22,7–9 24,41–53; — pp. 103–114: *Ioh* 1,1–6 2,13–3,18 6,15–21 13,1–17,6 18,1–15 20,30–21,25 *Act* 24,19–26,10 (multa exciderunt) 27,11–27; — XXV, a. 1887, pp. 47–57: *Rom* 6,20–7,21 8,15–38 9,7–24 11,31–12,9 *1 Cor* 1,2–31 12,9–31 14,4–21 15,3–33 *2 Cor* 10,7–12,9 13,1–13 *Gal* 1,1–2,8 6,16–18;

¹ Zoega, *Catalogus codicum Copticorum manuscriptorum qui in Museo Borgiano Felitris adserrantur*, Romae a. 1810.

² Amélineau in actis *Recueil de travaux etc* (cf infra) et *Zeitschrift für ägyptische Sprache etc* (cf infra). V. cl. Augustinus Ciasca, qui in libro *Sacrorum bibliorum fragmenta Copto-Sabidica musei Borgiani . . .* vol. 1, Romae a. 1885, vol. 2, a. 1889, fragmenta ex vetere testamento exhibet, de editione a v. cl. E. Amélineau incepta („Fragments de la version thébaine de l'écriture“, in actis *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à la archéologie égyptiennes et assyriennes*, VII, 4 [1886], p. 197–217 et VIII, p. 10–62) disserit, vol. 2, p. LVIII exhibetque conlationem editionis Amelinianae cum codicibus p. LIX–LXXVII. V. cl. Ciasca in hac conlatione ea Novi Testamenti fragmenta non tractat, quae v. cl. Amélineau sub titulo „Fragments thébaines inédits du nouveau testament“ in actis *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde*, Lipsiae a. 1886, p. 41–56. 103–114: a. 1887, p. 47–57. 100–110. 125–135; a. 1888, p. 96–105 publici inris fecit; vix tamen ponere licet haec illis melius edita esse, quae „innumeras lectiones a codicibus prorsus alienas“ continere Ciasca testatur.

— pp. 100—110: *Eph* 1,1—4,17 5,5—6,23 *Phil* 1,1—4,22 *Col* 1,1—2,15 3,17—4,6; — pp. 125—135: *1 Thess* integra *2 Thess* 1,1—2,13 3,14—18 *1 Tim* 1,1—5,20 6,4—21 *2 Tim* 1,1—16 3,10—16; — XXVI, a. 1888, pp. 96—105: *Hebr* 1,1—8 9,24—28 10,5—30 11,5—7 12,1—13,25 *Iac* 1,1—2,1 *Apoc* 3,20—6,3 7,1—12 8,5—9,2 12,14—14,13. Haec omnia sive ante annos sive hodie edita nonnisi fragmenta sunt sparsa, pleraque non ita accurate curata ut in criticos usus sufficiant.

c. Basmurica. Lightfootius¹ consentit cum Schwartzio² dialectum Basmuricam, etiam Elearchicam vel Ammoniacam vel Oasiticam dictam, re vera dialectum esse et non idioma merum³ male ex Memphitica et Thebaica conflatum, et *basm* putat Basmuros Deltam Nili possedisse, non Oasim Ammonianam; Sternius tamen opinatur dialectum Basmuricam urbis Memphidis propriam esse.

Fragmenta haec versionis N. T. Basmuricae hodie cognita sunt: *Mt* 5,46—6,19 *Ioh* 4,28—34 et 36 et 40 4,43—5,3 *1 Co* 6,19—9,16 14,33—15,35 *Eph* 6,18—24 *Phil* 1,1—2,2 *1 Thess* 1,1—3,6 *Heb* 5,5—9 5,13—6,3 6,8—11 6,15—7,5 7,8—13 7,16—10,22. Edita sunt omnia.

¹ Lightfootius apud Scrivenerum, *Intr.* ed. 3, Cantabr. a. 1883, p. 401—404.

² Maur. Gotthilf. Schwartz, *Das alte Aegypten*, pars 1, sectio 2, Lipsiae a. 1843, p. 1039 sq., imprimis p. 2034; cf etiam v. cl. Stern, *Koptische Grammatik*, Lipsiae a. 1880, p. 14, et dissertatio eius (ut supra, p. 859, adn. 4), p. 33, adn. 76, et *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde* XXIV, Lipsiae a. 1886, pp. 129—135, sive appendix dissertationis de apocalypsi Sophoniae.

³ Ita citatur Peyronus, *Grammatica linguae Copticae*, p. xx, sed grammatica Peyroni mihi non est in manibus, et in libro *Lexicon linguae Copticae*, Taurini a. 1835, p. XIX, de Basmurica dialecto ille eodem modo atque de ceteris loquitur.

CODICES COPTICI.

a. *Versionis Memphiticae.*

(a.) Quattuor evangelia.

1. Oxon. Bodl. Huntingdon. 17.
saec. XII, txt 25.3 \times 17.5, chart, foll. 457, coll. 2
Copt-Arab, ll. 20; capp Copt, pict: *Evv* Copt-Arab; textus
optimae est notae; margo interpolationes praebet posteriores.
Anno 1174 manu Iohannis monachi scriptus. Light-
footius inspexit. V. cl. A. C. Headlam contulit codicem
paucis locis, [Lloyd-Sanday] *Novum Testamentum*, Oxonii
a. 1889, *App. III*, pp. 182—190. Conlatus anno 1892.
2. Oxon. Bodl. Huntingdon. 20.
saec. XIV, txt 24.2 \times 17.3, chart, foll. 333, col. 1,
ll. 24; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv*. Light-
footius inspexit. V. cl. Headlamius locis paucis contulit.
Mt conlatum est anno 1890.
3. (maresch) Oxon. Bodl. 171, Marshall. Or. 5.
saec. XIV, txt 24.7 \times 17.5, chart, foll. 265, col. 1,
ll. 27; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv*. Anno
1498 ecclesiae s. Michaelis Alexandrinae dono datus. Ex
hoc codice exscripsit Petraeus cod. 27. Lightfootius ins-
pexit. V. cl. Headlamius contulit paucis locis. Mt con-
latum est anno 1890.
4. (maresch) Oxon. Bodl. 166, Marshall. Or. 6.
a. 1320, txt 23.8 \times 19.5, chart, foll. 285, col. 1,
ll. 26.27; capp Copt et Graec, pict, sect (non can), mut:
Evv; folia nonnulla sub finem a manu posteriore anni 1641,
quae etiam annum 1320 testatur. Lightfootius inspexit.
V. cl. Headlamius contulit paucis locis. Conlatus est anno
1892.
5. (maresch) Oxon. Bodl. 16, Marshall. Or. 99.
saec. XVI, txt 11.3 \times 7, chart, foll. 192, col. 1, ll. 12
—14; hic illic capp Copt et sect, pict: *Ioh*. Lightfootius

inspexit. V. cl. Headlamius contulit paucis locis. Conlatum anno 1892.

5a. Oxon. Bodl. fragmenta.

a. Hunt. 278 (in tegumento): foll. 2, membr, mut: *Lc* 13,12—34.

b. Aethiopico-Syriaco-Armenico-Copticum: saec. XIV (?), chart, fol. 1: *Lc* 7,37—44.

c. Coptico-Graeco-Arabicum: saec. XII (?), fol. 1, chart: *Ioh* 14,26—15,2.

6. Lond. mus. Brit. Orient. 425.

a. 1308, txt 21.1×14.3, chart, foll. 168, coll. 2 Copt-Arab, ll. 33; Eus-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict, mut: *Mt Mc Ioh* 19,6—20,13 21,13—25 Copt-Arab; olim integra erant evangelia; alia in codice insunt. Manu Iohannis monachi scriptus. Exscriptus paginatim e codice qui nunc in Instituto Catholico Parisiensi servatur. Olim Tattami archidiaconi. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit (ut cod. 1). *Mt* conlatum anno 1890.

7. (Epp Act 19) Lond. mus. Brit. Orient 426.

saec. XIII, in 4, chart: *Ioh* 1,13—21,25 Copt-Arab; sub finem inveniuntur inter alia *Eph* 4,1—13 *Mt* 16,13—19 *Lc* 19,1—10. Olim Tattami, cf cod. 6. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit. *Ioh* conlatum est.

8. Lond. mus. Brit. Orient. 1001.

saec. XII, txt 21×12.5, chart, foll. 270; prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab; folia nonnulla in initio supplevit manus posterior. Athanasius, episcopus Apothekensis sive Abutigensis, qui (fol. 125^b) codicem monasterio sancti Antonii dono dedit anno 1792, scripsit fol. 77^b et 264^b codicem anno 1192 exaratum esse; non tamen videtur tam vetus esse. Museum Britannicum emit codicem a v. cl. N. Nassif die 21 mensis Maii a. 1869. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit. *Mt* et *Mc* conlata sunt anno 1892.

9. Lond. mus. Brit. Addit. 5995 (Rieu 795).
 saec. XIV(?), txt 32.7×17.5, chart, foll. 240, coll. 2
 Copt-Arab, ll. 31—33; capp Copt (Mt 101 Mc 54 Lc 86
 Ioh 46), sect, can, pict, mut: *Eve* Copt-Arab; folia nonnulla
 anno 1474 suppleta sunt in usum monasterii Al-Baramus
 vel Marimi et Dometii in deserto Shihat sive Scetensi
 in valle Nitriensi; restauravit codicem Ibrahim Simeonis
 filius anno 1776; ex Aegypto in Angliam translatus a
 duce Turnero mense Augusto anni 1801. Lightfootius
 inspexit. V. cl. Headlamius contulit (ut cod. 1). Cf (v.
 cl. Rieu) *Cat. codd. mss. orr. qui in Mus. Brit. asservantur.*
Pars secunda. Supplementum, Londini a. 1871. Mt con-
 latum est anno 1890.

10. (Epp Act 18) Lond. mus. Brit. Addit. 14740 A.
 saec. XIII, fragmenta: *Mt* 2,8—4,20 *Lc* 8,2—7
 8—10 et 13—18 *2 Cor* 4,2—5,4 *Eph* 2,10—19 2,21
 —3,11 *1Thess* 3,3—6 3,11—4,1; fragmenta Eph videntur
 antiquissima esse; insunt alia fragmenta et Memphitica et
 Armeniaca minoris aestimanda. Lightfootius inspexit.

11. Lond. mus. Brit. Orient. 1315.
 a. 1208, txt 24.3×18.2, chart, foll. 457, coll. 2 Copt-
 Arab, ll. 22; Carp, Eus-tab, prolog, capp-tab, capp Copt
 et Graec, sect, can, pict: *Eve* Copt-Arab. Georgius quidam
 scripsit. Ecclesiae s. Georgii in Dayr el Tim prope Cahiram
 dono datus. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius con-
 tulit. Mt conlatum est anno 1890.

12. Lond. mus. Brit. Orient. 1316.
 a. 1663, in fol, foll. 253; Eus-tab, prolog, capp-tab, pict:
Eve Copt-Arab. Consentit cum codice Instituti Catholici
 Parisiensis exscriptus manu Abu el Muna. Ecclesiae
 ss. Mariae et Georgii in vico Graeco Cahirensi anno 1721
 dono datus. Lightfootius vidit. V. cl. Headlamius contulit.

13. Lond. mus. Brit. Orient. 1317.
 a. 1814, in 8, foll. 414; Carp, Eus-tab, prolog, sect,
 can, pict: *Eve* Copt-Arab. Manu Iohannis presbyteri. Veri

simile est hunc codicem e codice 8 (Mus. Brit. 1001) exscriptum esse. Lightfootius vidit.

14. Lond. mus. Brit. Orient. 3381.
 saec. XIII, txt 28.2 \times 19, chart, foll. 305, col. 1, ll. 52; capp Copt, (titl in poster Arab), sect, can, pict: *Erv*. Manu Victoris cuiusdam. Anno 1793 codicem restauravit Moses quidam iussu Athanasii episcopi Abutigensis. Erat Esnae in Aegypto superiore. V. cl. Lieder codicem emit ab episcopo urbis Luxor et usus est eo cum Novum Testamentum Coptice exprimeret in usum societatis „Society for the promotion of Christian knowledge“ annis 1847—1852. Emit codicem a Liedero v. cl. Geden anno 1864; Mus. Br. anno 1886 emit. Headlamius contulit. Conlatus a. 1892.

14a. Lond. societatis „British and foreign bible society“.
 a. 1816, in 8, chart; Carp, Eus-tab, prol, capp-tab, sect, can: *Erv* Copt-Arab. Anno 1816 ex codice, qui patriarchae Cahirensis erat, hodie in Museo Britannico servatus (cf supra, p. 871, cod. 11), in usum societatis biblicae exscriptus, praebet codex textum Copticum hodiernum; adhibitus est in editionem evangeliorum curandam (cf supra, p. 862, adn. 2). Light-footius inspexit. V. cl. Headlamius contulit.

15. Comitibus Crawfordensis et Balcarrensis.
 saec. XIV, txt 24.7 \times 18.5, chart, foll. 291, col. 1, ll. 25; capp Copt et Graec, sect, can (?): *Erv*; folia nonnulla supplevit Georgius monachus anno 1824; formae Sahidicae insunt. Manu Simonis Tampetensis scriptus. Monasterio s. Bishoi in deserto Nitriensi anno 1514 dono datus. Mt conlatum est anno 1891.

16. [Lond. mus. Brit.] Parham. 116.117.118 (in catalogo Parhamensi, p. 29, num. 9.10.11), vel Mt 121 Lc 123 Ioh 122.

saec. XIII, txt 25.5 \times 18, chart, Mt foll. 134 Lc foll. 129 Ioh foll. 101, ll. 25—26, (prol, capp-tab, capp Copt in Ioh,) sect, can, pict: *Mt Lc Ioh* Copt-Arab; olim unum totum fecerunt; Me deest; nonnulla in initio et sub

finem Matthaei supplevit manus posterior. Anno 1495 ecclesiae s. Mariae de Zuaylah Cahirensi dono datus. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius contulit. Mt conlatum est anno 1890.

17. [Lond. mus. Br.] Parh.122 (cat. p.29, num.14) vel 126. a. 1676–1730, txt 10×7, chart, foll. 333, ll. 29; prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab; manu nitidissima et minutissima. Textu consentit cum codice 16. Lightfootius inspexit.¹

18. Paris. nat. Copt. 13. a. 1178 et 1180, txt 32.6×17.3, membr, foll. 286 (paginae numerantur Coptice Arabice Syriace), coll. 2, ll. 35; Eus-tab (sub finem), capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv*. Lectiones saepius paullum variant. Manu Michaelis episcopi Damiettensis scriptus. Olim in ecclesia s. Mariae Deiparae in urbe Damietta. Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

19. Paris. nat. Copt. 14 (olim reg. 336 ?). saec. XIII (?), txt 27.7×19, chart, foll. 334, coll. 2, ll. 26–29; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Evv* Copt-Arab. Textu consentit plerumque cum cod. 30 (Vat. 9), et similis est cod. 31 (Vat. 10). Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

20. Paris. nat. Copt. 15 olim Colbert 2913 et Reg 330.3. a. 1216, txt 25.4×18, chart, foll. 294, ll. 25; capp, sect, can, lect, pict, mut: *Evv*; folia nonnulla supplevit manus posterior. Neglegenter scriptus, statim vero emendatus. Praebet lectiones singulares. Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

¹ Codex Parhamensis 102 (catal. p. 27, num. 1) anni 888, non continet Mt Mc, sed locos ex *Evv* addita catena patrum; fortasse e Graeco versus est codex. Parhamensis 106 (catal. p. 28, num. 5) non continet Ioh, neque alia biblica. Lightfootius invenire non potuit codicem (catal. p. 29, num. 13) qui dicitur Mt cum versione Arabica continere et Cahirae e codice patriarchali exscriptus esse.

21. Paris. nat. Copt. 16 olim De la Mare 579 vel Reg 330.2. a. 1204, txt 24.4×14.9, chart, foll. 371, coll. 2, ll. 26; prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Err* Copt-Arab. Scriptura et lectionibus similis cod. 29 (Vat. 8). Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.
22. Paris. nat. Copt. 59 olim St. Germani 25. a. 1229, txt 25.6×18, chart, foll. 237, ll. 26.27; capp Copt et Graec, sect, can, pict, mut: *Err*; deest Ioh 1,1—10,26. Librarius prior codicis 26 (dz) hunc codicem exemplar habuit. Fuit Iohannis monachi in deserto oriente, a quo emit Gabriel minister in ecclesia s. Michaelis Cahirensi. Olim Seguerianus et Coislinianus; Coislinus codicem ecclesiae s. Germani anno 1732 dono dedit. Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.
23. Paris. nat. Copt. 60. saec. XVII (?), txt 25×17.5, chart, foll. 217, ll. 28—31; Mt Mc Le capp Copt et Graec, sect, can, Ioh capp Copt (non sect, can): *Err*. Textu consentiunt Mt Mc Le fere cum codice 26 (dz) emendato; Ioh in charta vetustiore est scriptum et alium textum habet. Manu scriptus librarii Abu el Manna, diaconi ecclesiae s. Mariae. Emptus a Bernardo de Montfaucon die 11 mensis Augusti anni 1698 Venetiis. Lightfootius inspexit. Matt conlatum anno 1892.
24. Paris. nat. Copt. 61. saec. XVI (?), txt 15.8×10.6, chart, foll. 150, ll. 15; capp, sect, can, pict, mut: *Ioh*; nonnulla desunt, nonnulla confudit compactor. Lightfootius inspexit.
25. Paris. nat. Copt. 62. saec. XIV, txt 22.3×14 vel 19.9×14, in 4, chart, foll. 68 (videtur idem librarius pp. 1—20, lineis 23, litteris maioribus scripsisse, pp. 21—53, ll. 21, litt minoribus, pp. 54—66, ll. 21, iterum maioribus); capp 1—14, sect nonnullae: *Ioh*; satis vetus est; in initio verba Arabica, item glossae grammaticales inter lineas sunt scriptae. Lightfootius inspexit. Conlatus anno 1893.

26. (*dz*) Berol. reg. Orient. Diez. A. fol. 40.
saec. XIII, txt 20 \times 12, chart, foll. 361, ll. 25; capp Cp et Gr, sect, can, pict: *Erv*; a duobus librariis, quorum alter codicem 22 (Par. 59) exemplar habuit, alter textum codici 16 (Parh. 121.123) similem, scriptus; nonnulla supplevit manus tertia; textus bonae notae est, formae Sahidicae insunt. Conlatus a Schwartzio (ut supra, p. 862), praef. p. xiii sq.
27. (*petr*) Berol. reg. Orient. quart. 165 166.167.168.
a. 1662, in 4, chart: codex 165 continet lectiones ex *Erv*, 166 *Mt*, 167 *Mc*, 168 *Lc*, sed 166.167.168 omittunt locos qui in 165 insunt. Hos codices exscripsit Petraeus Lugdunensis anno 1662 e codice 3 (Marsh. 5). Conlatus a Schwartzio (ut supra, p. 862), praef. p. ix.
28. Gottingae bibl. universitatis Orient. 125. 4.
a. 1357, txt 32 \times 21, chart, foll. 203, ll. 30; capp Cp et Gr (Gr sine num, sed linea textus rubra), titl, sect: *Erv*. Exscriptus e codice anni 1073. Monasterio sancti Bishoi in deserto Nitriensi dono datus. Folia nonnulla (e. g. 1—9 et septem ultima) supplevit anno 1775 Ibrahim Cahirensis iussu Athanasii episcopi Abutigensis; testatur Ibrahim annum 1357. Cf Lagardius, *Orientalia* 1, Gottingae a. 1879, p. 4, e libro *Abhandlungen der königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen*, vol. 24. Conlatus anno 1893.
29. Romae Vat. Copt. 8 olim Raymundi 1.
saec. XIII, in fol, chart, foll. 355; prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict, mut: *Erv* Copt-Arab. Textu similis codici 21 (Par. 16). Arcadius Iohannis filius supplevit folia nonnulla anno 1587 iussu diaconi Salib. Olim Ioh. Bapt. Raymundi (num. i) et ab eo bibliothecae legatus. Cf Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 5, Romae a. 1831, paginarum series altera, p. 120—121. Matt conlatum anno 1891.
30. Romae Vat. Copt. 9 olim Raymundi iv.
a. 1205, txt 25.6 \times 17, chart, foll. 504; Carp, Eus-

tab, capp-t, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Erv* Copt-Arab. Scriptus manu Georgii, fortasse eiusdem qui cod. 11 (mus. Br. 1315) scripsit. Anno 1270 a diacono Michaele Abu-Halikah monasterio sancti Antonii in deserto oriente dono datus, quod refert in colophone Gabriel patriarcha Alexandrinus. Fuit Iohannis (a. 1506) et Gabrielis (a. 1526) patriarcharum Copticorum, et anno 1537 repositus est in ecclesia ss. Sergii et Bacchi Alexandrina. Anno 1594 in Italiam reportatus, legatus est bibliothecae Vaticanae anno 1614. Cf Maius (ut cod. 29), p. 122—125. Conlatus anno 1893.

31. Romae Vat. Copt. 10 olim Raymundi vi.
saec. XIII vel XIV, txt 19.8×12, chart, foll. 504, ll. 20; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Erv* Copt-Arab. Textu consentit cum cod. 19 (Par. 14). Cf Maius, p. 125. Mt conlatum anno 1891.

32. Romae Vat. Copt. 11 olim Petri de Valle vi.
a. 1346, txt 19.8×12.3, chart, foll. 112, ll. 23; capp, sect, can, pict: *Ioh* Copt-Arab. Cf Maius, p. 125. Apud Assemanum, *Bibl. orient. Clem. Vat.* Romae a. 1719, vol. 1, p. 587 a, num. 6. Conlatus anno 1893.

33. Parisiis instituti Catholici.
a. 1250, 19.8×14.5, chart, foll. 237, coll. 2, ll. 33; Eus-tab, capp, sect, can, pict (evangelistae, item decem paginae plenissime illustratae): *Erv* Copt-Arab. Textu similis est cod. 1 (Hunt. 17), codd. 21 et 22 (Par. 16 et 59). Manu Gabrielis monachi et presbyteri. Anno 1750 ecclesiae sancti Mercurii Cahirensi dono datus. Emptus a v. cl. Amélineau.

33a. Paris. bibl. nat. Copt. 14 A.
a. 1593, in fol, chart; pict: *Erv* Copt-Arab. Ex codice 19 (Par. 14) exscriptus.

34. Benzeli 9 (hodie Upsaliae?).
saec. ?, in 4, chart: *Erv*. Cf Aurivillius, *Recensio codicum* (ut supra, p. 844, cod. 119).

35. Petropoli bibl. caes. Orient. 624.
saec. ?, in fol, membr ?, foll. 29; *Ioh* mut. Olim Dobrowskii. Cf *Catalogue des manuscrits... orientaux de la bibliothèque impériale publique de St. Pétersbourg*, Petropoli a. 1852, p. 565.

36. Cahirae bibl. patriarch. 12 et 14.
a. 1184, txt 27×18.6, chart, foll. 290, ll. 23; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Err*; Athanasius episcopus Abutigensis anno 1794 supplendos curavit locos Mt 1,1—5,25 Lc 10,2—27 22,52—66 24,53—Ioh 1,31 19,24—21,25, et testatur annum 1184. Monasterio s. Antonii in deserto oriente dono datus. Conlatus anno 1893.

37. Cahirae bibl. patriarch. 12 et 14.
a. 1291, txt 26.9×18, chart, foll. 409, ll. 24.25; capp Copt et Graec, sect, can, pict; *Err* Copt-Arab. Scriptus manu diaconi Barsuma. Anno 1329 monasterio s. Barsuma al 'Arġan dicto Al Shabarān dono datus. Reparatus anno 1878 manu Michaelis Akhmimensis, monachi in monasterio dominae nostrae Siryani in deserto Nitriensi, iussu Cyrilli patriarchae centesimi duodecimi. Matt Mc cap 1 Lc cap 24 Ioh cap 8 anno 1893 conlata.

38. Cahirae bibl. patriarch.
saec. XVIII, txt 22.8×13, chart, foll. 342, ll. 29; Carp, Eus-tab (sub fine Mc), prol, capp-tab, capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Err* Copt-Arab; textu consentit cum cod. 17 (Parh. 126). Scriptus manu Michaelis Pilatos, qui anno 1714, cod. 22 (vide infra, p. 882) epistularum et actuum scripsit. Matt 1—4 et loci pauci ex aliis evangeliiis anno 1893 conlati.

39. Cahirae in ecclesia s. Mercurii Abu Sephin in Cahira vetere quam dicunt.

a. 1327, txt 27.5×17.8, chart, foll. 395, ll. 27; capp Copt et Graec, sect, can, pict: *Err*; Matthaei textu consentit cum cod. 14 (mus. Brit. 3381). Scriptus manu Thomae. Ecclesiae s. Mercurii dono datus. Mt conlatum anno 1893.

40. Cahirae in ecclesia Al Muallaqah in Cahira vetere.
a. 1257, txt 26.4 < 19, chart, foll. 382, ll. 25; prol
Lc, capp, sect, can, pict, mut: *Err* Copt-Arab; desunt
Mt 1,1—4,5 Mc 1,1—7 Ioh 1,1—21; folia pauca supplevit
manus posterior. Scriptus manu Gabrielis, monachi et pres-
byteri in domo Ibn 'Assal. Mt et Mc conlata anno 1893.
41. Cahirae in ecclesia Al Muallaqah.
a. 1272, txt 24.9 < 17 et 25.7 < 18, chart, foll. 328;
capp, sect, can, subser Mt, pict, mut: *Err*. Matthaei textu
cum cod. 3 (Marsh. 5) consentit. Scriptus manu Simonis
Ibn Abu Nasir; manus posterior supplevit Mt. Mt et Mc
conlata anno 1893.
42. Cahirae bibl. patriarch.
saec. XIV, in 4, chart (?): *Lc* Copt-Arab; textu non
bonae notae. Athanasius (cf supra, cod. 36) codicem
restaurandum curavit.
43. Cahirae bibl. patriarch.
a. 1719: *Err* Copt-Arab.
44. — — : a. 1753: *Err* Copt-Arab.
45. — — : a. 1818, in fol, chart; prol, Eus-tab, capp-tab: *Err*
Copt-Arab; textu non bonae notae. Manu scriptus diaconi Ibrahim
ibn Simân, qui cod. 9 (mus. Brit. 5995) et cod. 28 (Gott. 125.4)
restauravit.
46. — — : a. 1835: *Err* Copt-Arab.
47. — — : a. 1839: *Err* Copt-Arab.
48. — — : a. 1846: *Err*.
49. — — : a. 1802: *Mt Mc*. Ex cod. 37 exscriptus manu pres-
byteri Hanin, qui a. 1803 cod. 14 (mus. Brit. 3381) contulit.
50. — — : a. 1814; prol: *Mt Mc*.
51. — — : *Mt*.
52. — — : a. 1795, in fol, chart; Carp: *Mt*.
53. — — : a. 1811, in 8: *Mt*.
54. — — : a. 1833, in 4: *Mt*. Dicitur textus saeculi esse XIII.
55. — — : a. 1811, in 8: *Mc*.
56. — — : a. 1811, in 4: *Lc Ioh*.
57. — — : a. 1820: *Lc Ioh*.
58. — — : a. 1826: *Lc Ioh*.
59. — — : saec. XIX, in 4, prol: *Lc Ioh*.
60. — — : saec. XIX: *Ioh*.

61. Alexandriae in ecclesia s. Marci cathedrali.
saec. XVIII, in fol: *Evv* Copt-Arab. Manu eadem
atque codex 38 scriptus textum praebet eundem.
62. — — : saec. XIX: *Mt Me* Copt-Arab.
63. — — : a. 1861: *Ioh* Copt.
64. Dayr al Muharraq.
a. 1345, txt 22.5×14.2, chart, ll. 27; Carp sub fin,
capp Copt et Grace, sect, can, lect, pict, mut: *Evv* Copt-
Arab; textu non bonae notae.

(b.) Epistulae et actus.

1. (Apoc 1) Oxon. Bodl. Huntingdon. 43.
a. 1682, in fol, chart: *Paul Cath Act Apoc* Copt-Arab.
Lightfootius inspexit. Paucis locis contulit v. cl. Head-
lamius (ut supra, p. 869, cod. 1).
Oxon. Bodl. Huntingdon. 203.
2. saec. ? , in 4, chart, mut: *Paul*; nonnulla in initio
et sub finem a manu posteriore; Tit 2,7—3,15 Philem desunt
pariter atque folia aliqua alia. Wilkinsius (ut supra, p. 855,
adn. 3) codicem inaccurate descripsit. Lightfootius inspexit.
V. cl. Headlamius paucis locis contulit.
3. Oxon. Bodl. Huntingdon 122.
a. 1286, in 4, chart, mut: *Paul* (Ro 8,29—2Ti 1,2).
Scriptus manu scribae *ⲡⲟⲗⲉⲁⲛⲥ*. Lightfootius inspexit.
V. cl. Headlamius paucis locis contulit.
4. Lond. mus. Brit. Orient. 424.
a. 1308, in 4, chart: *Paul Cath Act* Copt-Arab;
insunt emendationes rubro scriptae. Manu librarii Yunas
Abu Said exscriptus, fluxit e codice anno 1250 manu
patriarchae Abba Gabrielis scripto, interveniente pro codice
Paul Abba Yuhanna episcopo Sammanudensi et pro codice
Cath Act librario *Ⲛⲓⲛⲓⲃⲏⲛ* *ibn Saksik* (*Zagazig?*). Olim
archidiaconi Tattami fuit. Conlatus est a Schwartzio unde
„tattamianus“ apud Boetticherum (ut supra p. 856); emen-

ditiones rubras signavit Boettcherus t*. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit.

5. Lond. mus. Brit. Orient. 1318.

saec. XV, txt 35.6×18.1, chart, foll. 294: *Paul* Copt-Arab; desunt Rom 1,1—5,15 Hebr 13,21—25. V. cl. Headlamius (ut supra, p. 869, cod. 1), paucis locis contulit.

6. Lond. mus. Brit. Parham. 120 (catalog. Parh. p. 29, num. 12).

saec. XV, in fol, chart: *Paul* (Hebr Tim) *Cath Act* Copt-Arab. Conlatus sed minus accurate a Schwartzio unde Boettcheri „euretonianus“ ex errore pro voce *eurzonianus*, quia in conlatione Schwartzii nihil nisi *eur* scriptum erat. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit; numerum scribit Parham. 124 (videntur numeri codicum Parhamensium iterum iterumque mutati esse).

7. Lond. mus. Brit. Parham 121 (catalog. Parh. p. 29, num. 13).

saec. XV, in 4, chart; pict: *Paul* (Phil Hebr) *Cath Act* Copt-Arab. Lightfootius inspexit. V. cl. Headlamius paucis locis contulit (Parh. 125).

8. Paris. nat. Copt. 17, olim 332.

saec. XII, txt 24.2×16.3, chart, foll. 272, coll. 2, ll. 24; capp Copt et Graec, pict: *Paul* (Hebr Tim) Copt-Arab; „antiquus et elegantissime scriptus“; m poster suppl Rom cap. 1 et Tit fin Phm. Lightfootius qui codicem inspexit quaerit num forte hic Boettcheri codex *p* esse possit.

9. Paris. nat. Copt. 63.

saec. XVII, txt 25.3×16, chart, foll. 153, col. 1, ll. 29; capp, pict: *Paul*. Anno 1660 scriptus, a Bernardo de Montfaucon Venetiis emptus anno 1698, die 11 mensis Augusti.

10. Paris. nat. Copt. 64.

saec. ?, txt 26.5×17.8, chart, foll. 212, ll. 27; pict: *Paul* Copt-Arab. Olim bibliothecae urbis Saumaise emptus per Sallierum pro bibliotheca regia anno 1752.

11. Paris. nat. Copt. 66.
saec. XVII, txt 19 < 13, chart, foll. 169, col. 1,
ll. 22; capp Copt et Graec, sect, pict: *Cath Act*; habet
interdum adnotationes Arabicas in margine. Anno 1609
scriptus, fuit bibliothecae Seguierianae, tum Coislinianae.
Boetticherus (ut supra, pp. 862.863) codicem Halam missum
contulit et siglo *p* insignivit.
12. (Apoc 5) Paris. nat. Copt. 65.
saec. XVII, txt (1) 25.2 < 15.15 et (2) 25.3 × 16.3,
chart, foll. 103, (1) ll. 27 et (2) ll. 32; sect in Ae, pict:
Apoc Cath Act; videtur Apoc alius manus esse atque
Cath Act. Anno 1660 scriptus manu Iohannis alicuius
presbyteri. Emptus a Bernardo de Montfaucon Venetiis
anno 1698, die 2 mensis Augusti. Boetticherus (ut supra,
p. 863) contulit et siglo *m* insignivit.
13. Berol. reg. Orient. 115.
saec. ?, in fol: *Col Thess Philem Hebr Tim Tit* Copt-
Arab. Boetticherus (ut supra, p. 863) contulit (siglum *m*).
14. Berol. reg. Orient. 116.
saec. ?, in fol: *Rom Cor* Copt-Arab. Boetticherus
(ut supra, p. 863) contulit (siglum *m*).
15. Berol. reg. Orient. 169.
saec. XVII, in 4, chart ? : *Eph Phil*. Anno 1660
a Petraeo Lugduni scriptus. Boetticherus contulit (siglum *m*).
16. Romae Vat. Copt. 12 olim Raymundi ii.
saec. XIV, in fol, chart, foll. 423: continet *Paul*
(Phm Heb) *Cath Act* Copt-Arab; habet ordinem Philem
Hebr ut codex 7. Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29),
p. 125 sq.
17. Romae Vat. Copt. 13 olim Raymundi iii.
saec. XIII, in fol, chart, foll. 261: *Paul* (Heb Tim)
Copt-Arab. Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29), p. 127 sq.
18. Romae Vat. Copt. 14 olim Raymundi v.
a. 1358, in 4, chart, foll. 350: *Paul* (Heb Tim) *Cath*
Act Copt-Arab. Mann Michaelis monachi in urbe Bembge

scriptus; folium ultimum suppletum est anno 1504. Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29), p. 128sq.

19. (Evv 10): fragmenta ex *2 Cor Eph 1 Thess*.
20. (Evv 7): *Eph* 4, 1—3.
21. Hauniae bibl. reg. Orient. 19.
Gal Eph Phil Copt-Arab. Cf Iohannes Erichsen. *Udsigt over den gamle manuskript-samling i det store kongelige bibliothek*, Hauniae a. 1786, p. 5.
22. Cahirae bibl. patriarch.
a. 1714, txt 23×17, chart, foll. 400, coll. 4, ll. 29;
prol Paul: *Epp Act*. Manu Michaelis Pilatos (cf supra, p. 877, cod. 38).
- 22a. Cahirae bibl. patriarch.
a. 1864, txt 34.5×21.3, foll. 328, coll. 4, ll. 33:
Evv e cod. 22 exscripta.
23. Cahirae bibl. patriarch.
(a.) a. 1722
(b.) a. 1774 (c.) a. 1791 } *Epp Act* Copt-Arab tria exemplaria.
24. Cahirae bibl. patriarch: *Epp Act*. Non bene scriptus.
25. Dayr al Muharraq.
a. 1829, in fol, chart: *Paul Cuth Act Apoc* Copt-Arab.
26. Dayr al Muharraq.
saec. XII, txt 25.6×18.2, chart, foll. 432, ll. 24;
capp Copt et Graec, pict: *Epp Act* (Paul habet ordinem Hebr Tim); Rom et 1 Cor 1,1—16,12 m poster; insunt glossae multae; similis textu codici 22. Conlatus anno 1893.
27. Dayr al Muharraq.
saec. XIV, txt 26×18.5, chart, ll. 25; capp Copt et Graec pict: *Epp* (Phm Hebr) *Act*. Epistulae Rom et 1 Cor anno 1893 conlatae sunt.

(c). Apocalypsis.

1. (Epp Act 1): *Apoc*.
2. Comitum Crawfordensis et Balcarrensis.
a. 1375, in fol. chart, pict: *Apoc* Copt-Arab; sub

finem invenitur „benedictio quae ante sacram Apocalypsim legitur“; nonnulla in margine correcta sunt. Manu monachi Petri scriptus. Olim Tattami (cf supra, p. 862, adn. 2). Lightfootius inspexit.

3. Lond. mus. Brit. Parham. 123 (cat. Par. p. 29, num. 15). saec. XVI (?), in fol, chart: *Apoc* Copt-Arab et benedictionem (cf cod. 2); non bene exaratus. Annus 1389 et nomen librarii Matthaei Abrahami filii exscripta sunt fortasse ex antigrafo, nam videtur codex inferioris aetatis esse. Lightfootius inspexit.

4. Lond. mus. Brit. Parham. 124 (cat. Par. p. 29, num. 16). a. 1321, in 12, chart: *Apoc* Copt-Arab (Memphitice non ut in catalogo dicitur Sabidice); pauca in initio suppleta sunt a manu posteriore.

5. (Epp Act 11): *Apoc*.

Paris. nat. Copt. 91.

6. saec. XV (?), txt 14.2 < 9.8, chart, foll. 133, ll. 17: *Apoc* Copt-Arab. Annum habet subscriptum 1401 (1601?). Librarius fuit Yuhanna ibn Farag Allah. Monasterio Anba Bishoi in deserto Nitriensi dono datus. Lightfootius inspexit. Lightfootius non invenit *Apoc* in codice Paris. nat. Copt. 34 olim Delaware 581, reg. 342.3.

7. Romae Angel. C. 1.9.

saec. XV, in 4 (?): *Apoc* Copt-Arab. Lightfootius inspexit.

8. Romae collegii Propag. olim Borg. IV.

saec. ? (recens est), in 8, chart, mut: *Apoc* 1,12—2,26 3,9—22,12 Copt-Arab. Cf Zoega, *Catalogus codic. Copticorum MSS. qui in museo Borgiano Velitris adservantur*, Romae a. 1810, p. 3.

9. Romae Vat. Copt. 15.

saec. XIV, in fol, chart, foll. 59: *Apoc* Copt-Arab et „ordinem dominicae palmarum“. Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29), p. 130 et Ios. Sim. Assemanus, *Bibl. orient. Clem. Vat.* Romae a. 1725, vol. 3, pars 1, p. 624b, num. 34.

10. Romae Vat. Copt. 16 olim Raymundi xi.
a. 1345, in 4, chart: *Apoc* Copt-Arab. Manu Iohannis Abul-Mennae filii scriptus. Cf Maius (ut supra, p. 875, cod. 29), 130 sq.
11. Paris. nat. Copt. 34.
saec. ?, in 4, chart: *Apoc*. Insunt liturgica multa. *Apoc* exstat sub finem.
12. Petropoli bibl. caes. Orient. 625.
saec. XII, in 8, chart, foll. 91: *Apoc* Copt-Arab. Olim Dobrowskii.
13. Romae bibl. Angelicae A. 6.1 (Narducci 45); cf *Studia Coptica* v. cl. Guilelmi Bonjour (?).
14. Romae bibl. Angelicae F. IV. 14. in 4, Copt-Arab; Scholz, *Reise*, p. 133.
15. Romae bibl. Angel. Q. 1.8 (Narducci 621) (?).
Cahirae bibl. patriarch.
16. in fol: *Apoc*.

b. Versionis Sahidicae.

1. Lond. mus. Brit. Papyrus XIII.
foll. 4: *Ioh* 20,1—29. Conlatus a Lightfootio.
2. Oxon. Bodl. olim v. cl. Georgii Horner.
saec. IX, in fol, membr: *Mt* 4,1—6. Cf supra, p. 439, cod. T^f.
3. Oxon. Bodl. Hunt. 4.
in fol, chart: fragmenta ex *Ioh*; conlatus a Woidio (cf supra, p. 865).
4. Oxon. Bodl. Hunt. 394.
saec. XIV, in 8: fragmenta ex *Act Cath*; anno 1315(?) scriptus; conlatus a Woidio.
5. Oxon. Bodl. Hunt. 3.
in fol, chart, lectionarium?; conlatus a Woidio.
6. Oxon. Bodl. Hunt. 5.
in fol, chart, lectionarium?; conlatus a Woidio.

7. Oxon. officinae Clarendoniana, olim Woidii.
Thebaica et Graeco-Thebaica (cf supra, p. 392, cod. T^w):
Lc 12,5—13,23 *Ioh* 8,22—32. Lectiones nonnullas edidit
Woidius apud Ioh. And. Cramerum, *Beyträge zur Beförderung
theologischer und anderer wichtigen Kenntnisse*, Chilonii et
Hamburgi a. 1778, pars 3, p. 36—100.
8. Comitibus Crawfordensis et Balcarrensis i.
saec. VIII, membr, foll. 6: *Mc* 9,18—14,26. Olim
Tattami. Lightfootius contulit. V. cl. E. Amélineau edidit,
pariter atque codices 9.10.11, „Fragments coptes du nouveau
testament dans le dialecte thébain“, in actis *Recueil de
travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes
et assyriennes*, V, Parisiis a. 1884, p. 105—139.
9. Comitibus Crawf. et Bale. ii.
saec. V, membr; sect, can, titl: *Lc* 3,8—6,37. Olim
Tattami. Lightfootius contulit. V. cl. Amélineau (ut ad
cod. 8) edidit.
10. Comitibus Crawf. et Bale. iii.
saec. VIII (?), membr: *Lc* 17,18—19,30. Olim Tattami.
Lightfootius contulit. V. cl. Amélineau (ut ad cod. 8) edidit.
11. Comitibus Crawf. et Bale. iv.
saec. V, in fol, membr, foll. 8: *Gal* 1,14—6,16. Olim
Tattami. Lightfootius contulit. V. cl. Amélineau edidit.
12. Paris. bibl. nat. MS. Copt. 68: *Mt* 16,13—20
MS. Copt. 78: *Mt* 25,1—13 *Mc* 13,7—14,5
MS. Copt. 102: *Lc* 3,21—4,9
MS. Copt. 78: *Ioh* 2,6—11 et 18—22 [Lightfoot.
Ioh 17,17—26 Theb-Arab *Act* 7,53—8,3] *Hebr* 9,2—10
MS. Copt. 102: *Apoc* 1,13—2,2. Haec edidit v. cl.
Carolus Ceugney, „Quelques fragments coptes-thébains
inédits de la bibliothèque nationale“, in actis *Recueil de
travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes
et assyriennes*, II, Parisiis a. 1880, p. 94—105. Cur v.
cl. Ceugney nihil de fragmentis *Ioh* 17,17—26 et *Act*
7,53—8,3 a Lightfootio e codice 102 laudatis dicat, nescio.

13. Parisiis (viri cl. Gastoni Maspero?)
 saec. X—XIII?, in fol, fol. 1 (pag. 91.92): *Mt* 25,14—31. item: saec. VIII vel IX: *Lc* 8,51—9,18. Haec edidit v. cl. Maspero in actis *Recueil...* (ut cod. 14), VII, Parisiis a. 1886, p. (46)47—48.
14. Parisiis (viri cl. Gastoni Maspero?)
Act 9,36—10,10, *1Pet* 4,12—14 *Rom* 6,4—6 passim vero non nisi litterae aliquae ex lineis supersunt. Edidit v. cl. Maspero, „Fragments etc“, in actis *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes*, VI, Parisiis a. 1885, p. 35—37.
15. Neapoli bibliothecae nationalis B. I. 17. [143]
 foll. 6: *Mt* 23,15—25,19 *Lc* 17,7—34 *Ioh* 8,55—9,18; suntne haec¹ finis Lucae et initium Iohannis a Tischendorfio laudata *Notitia*, a. 1860, p. 65? Cf Marcus Kabis, *Bulletin de l'institut égyptien*, Alexandriae a. 1861, num. 5, p. 56—60.
16. Romae collegii Prop. olim Borg. 33.
 foll. 2 mut: *Mt* 1,22—3,8. Cf Zoega, *Catalogus codicum Copticorum mss qui in museo Borgiano Velitris adservantur*, Romae a. 1810, Novi Testamenti fragmenta p. 180—192.
17. — — 34: in 4, fol. 1: *Mt* 4,24—5,14.
18. — — 35: foll. 2 mut: *Mt* 5,22—34 et 40—46 6,2—26 6,29—7,2 7,2—16.
19. — — 36: in fol, foll 3: *Mt* 6,6—8,4.
20. — — 37: in fol, foll. 5: *Mt* 7,7—10,12. Woidius edidit (ut supra, p. 865), pp. 8—14.
21. — — 38: foll. 4: *Mt* 8,32—9,15 21,11—22,13.
22. — — 39: foll. 11: *Mt* 9,38—11,25 12,31—15,5.
23. — — 40: foll. 2: *Mt* 15,28—16,6 17,10—26.
24. — — 41: foll. 3: *Mt* 16,19—18,19.

¹ Vir clarissimus Oscarus de Gebhardt haec in meum usum amicissime perlustravit, mense Aprili anni 1882, refertque folia in capsula septima decima inesse, numerum his foliis deesse, fortasse ex incuria, sed iis proprium esse numerum 143.

25. — — 42: foll. 6: *Mt* 16,24—20,7.
26. — — 43: foll. 16: *Mt* 18,16—19,24 25,21—26,23
Mc 2,13—9,16.
27. — — 44: foll. 2: *Mt* 20,25—21,31.
28. — — 45: foll. 2: *Mt* 22,6—23,9.
29. — — 46: in fol, foll. 6: *Mt* 23,15—25,19 *Lc* 17,7—39
Ioh 8,55—9,18.
30. — — 47: in fol, foll. 3: *Mt* 25,41—26,67.
31. — — 48: foll. 2: *Mt* 27,40—28,10.
32. — — 49: foll. 2: *Mc* 5,22—6,3 6,6—7,26.
33. — — 50: foll. 8: *Mc* 10,46—13,28 *Ioh* 7,30—9,41
sine *adult.*
34. — — 51: in fol, foll. 8: *Mc* 10,46—12,40.
35. — — 52: foll. 2, mut: *Mc* 14,69—15,19 15,21—23
et 25—30 et 32—35.
36. — — 53: fol. 1, mut: *Lc* 1,1—15.
37. — — 54: foll. 6: *Lc* 1,15—2,41.
38. — — 55: fol. 1, mut: *Lc* 1,32—74.
39. — — 56: in fol, foll. 2: *Lc* 1,80—2,49.
40. — — 57: in fol, foll. 2: *Lc* 3,5—4,39.
41. — — 58: *Lc* 5,7—6,48.
42. — — 59: in 4, foll. 12: *Lc* 8,36—9,41 12,39—14,9.
Woidius (pp. 47—50) edidit 8,36—9,41, et lacunas in
codice suo e fragmento altero supplevit (pp. 55—64).
43. — — 60: fol. 1: *Lc* 9,22—40.
44. — — 61: foll. 3: *Lc* 13,1—14,10 15,1—24.
45. — — 62: foll. 12: *Lc* 14,1—16,7 19,5—20,28.
46. — — 63: in 4, foll. 18: *Lc* 19,44—21,36 *I Ioh*
1,2—5,15 *2 Ioh* 5 — fin *3 Ioh* integra *Iuc* 1,1—2,1 hoc
ordine.
47. — — 64: in fol, foll. 15: *Lc* 20,10—21,24 22,32—49
23,48—24,7 24,24—fin *Ioh* 1,1—6 2,13—3,18 8,38
—9,28 10,2—16.
48. — — 65: codex perantiquus Graeco-Copticus, fol. 21:
Lc 22,12—23,11 Sahidice *Ioh* 6,21—58 6,68—8,23

Sahidice, sine *adult.* De Graeco textu, vide supra, p. 391, cod. T^a. Fragmenta Iohannis edidit magna cum eruditione Aug. Ant. Georgius, *Fragmentum evangelii s. Iohannis Graeco-Copto-Thebaicum* . . . Romae a. 1789.

49. — — 66: fol. 1: *Lc* 22,25—23,3.

50. — — 67: in fol, foll. 3; *Lc* 23,14—24,32.

51. — — 68: foll. 2 mut; *Ioh* 7,37—8,25 sine *adult* 10,21—11,13.

52. — — 69: in 8, foll. 4: *Ioh* 8,24—39 18,31—19,4 19,17—20,2.

53. — — 70: foll. 2: *Ioh* 9,3—10,1.

54. — — 71: in 4, fol. 1: *Ioh* 9,11—27.

55. — — 72: in 4, fol. 1: *Ioh* 9,12—22.

56. — — 73: in 8, foll. 6 reser, mut; *Ioh* 12,36—13,2 19,38—21,23.

57. — — 74: in fol, foll. 5: *Ioh* 12,38—13,31 14,29—16,10 16,29—17,15.

58. — — 75: fol. 1: *Ioh* 12,47—13,17.

59. — — 76: foll. 15, valde mut: *Ioh* 13,2—15,20 16,10—19,38.

60. — — 77: in 8, fol. 1: *Ioh* 21,18—fin.

61. — — 78: foll. 3: *Act* 16,26—17,16 27,11—27.

62. — — 79: in fol, foll. 4: *Act* 23,17—26,10.

63. — — 80: foll. 28: *Rom* 6,5—8,38 *I Cor* 10,13—14,21 15,3—28 *2 Cor* 10,7—fin *Hebr* 1,1—8 12,1—fin *Gal* 1,1—3,10 *Eph* 5,19—fin *Phil* (deestne 1,1—6? cf Engelbrethius p. XXV; confuditne Engelbrethius hunc codicem cum cod. 65?) integra *Col* 1,1—2,7 3,8—4,6 hoc ordine. Engelbrethius edidit *I Cor* 15,5—33 (ut infra, p. 892, cod. 4), p. XXV et 63—73. Zoega edidit *Eph* 5,21—33 ex hoc codice, additis lectionibus variis e codicibus 68 et 69 (ut supra, p. 867), p. 218.219.

64. — — 81: foll. 3: *Rom* 9,7—24 11,31—12,10 *I Cor* 1,3—19.

65. — — 82: foll. 7: *I Cor* 9,9—12,22 *Phil* 1,6—23.

Engelbrethius contulit 1 Cor 9,9—16 (ut infra, p. 892, cod. 4), p. XXV et 53—57 et edidit, nisi fallor ex hoc codice Phil 1,6—23.

66. — — 83: in fol, fol. 1: *1 Cor* 12,6—27.

67. — — 84: fol. 1: *1 Cor* 15,5—32.

68. — — 85: in fol, foll. 4: *Gal* 6,1—fin *Eph* 1,1—6,6.

De *Eph* 5,21—33 vide cod. 63.

69. — — 86: foll. 16: *Eph* 2,5—3,3 4,5—28 5,21—6,12 *1 Thess* 1,4—fin *2 Thess* 1,1—2,12 3,14—fin *1 Tim* integra *2 Tim* 1,1—16. Ex hoc codice edidit Fridericus Münsterus, Danus, 1 *Tim* 1,14—3,16 6,4—21 2 *Tim* 1,1—16 in libro *Commentatio de indole versionis Novi Testamenti Sahidicae*, Hafniae a. 1779, pp. 92—112. De *Eph* 5,22—33 vide cod. 63. Engelbrethius edidit *1 Thess* 1,4—3,6 (ut infra, p. 892, cod. 4).

70. — — 87: in fol, foll. 4: *Apoc* 3,20—6,3 7,1—9,2.

71. — — 87: in fol, foll. 3: *Apoc* 12,14—14,13. In margine lectiones ecclesiasticae notantur, quod in Graecis Apocalypsis codicibus rarissime, nisi fallor, fit.

72. — — 89: in 8, foll. 2: *Apoc* 19,7—18 20,7—21,3. Haec edidit Zoega (ut supra, p. 886, cod. 16), pp. 219.220.

73. — — 90: foll. 2, e lectionario: *Lc* 1,29—38 *Ps* 47 *Hebr* 9,2—10. Engelbrethius edidit *Hebr* 9,2—10 (ut infra, p. 892, cod. 4) p. 137—141.

74. — — 91: in 8, fol. 1, e lectionario: *Ps* 20,3—7 *Lc* 2,40—50.

75. — — 92: fol. 1, mut, e lect: *Lc* 18,28—34 *Ps* 88,20—28 *2 Tim* 3,10—16.

76. — — 93: foll. 2, mut, e lect: *Lc* 19,4—10 7,11—17 7,27—32 *Ioh* 12,12—23 4,5—15 6,15—23.

77. — — 94: foll. 6, e lect: *Lc* 22,66—23,9 *Ps* 34,9—25 *Mt* 27,23—27 *Mc* 15,6—14 *Lc* 23,13—25 *Ioh* 19,1—16 *Ies* 50,2—11.

78. — — 95: foll. 2, e lect: *Iac* 2,8—13 *Act* 5,12—21 *Ps* 14 *Mt* 4,23—5,15.

79. — — 96: foll. 3, mut, e lect: *Ioh* (19,23—27 Graece) 19,17—24 Sahidice *Ps* 131,(10—12 Gr) 9—12 (*Mt* 16,13—20 3,3—11 Gr) (*Mc* 12,35—37 Gr). De Graeco textu vide supra, p. 392, cod. T^d.

80. — — 97: fol. 1, e lect: *Ioh* (20,30—31 Gr) 20,24—31 Sahidice (*Ps* frag Gr).

81. — — 98: in fol, chart, foll. 4, e lect Copt-Arab: *Lc* 22,14—30 *Ps* 100,6.7 *Ioh* 13,21—30 *Ies* 31,9—32,5.

82. — — 99: chart, foll. 189, e lect Copt-Arab: e Novo Testamento haec *Mt* 21,23—27 22,1—24 23,13—24 23,29—24,51 25,14—26,13 26,17—27,56 *Mc* 13,32—14,16 (13,32—14,2 bis) 14,26—15,41 *Lc* 7,36—49 11,37—52 13,22—30 21,1—6 21,34—38 22,7—13 22,31—23,49 23,52—56 *Ioh* 6,27—59 8,12—28 8,51—59 10,14—21 10,23—42 11,46—52 11,55—56 12,1—8 12,35—43 13,1—30 13,33—17,26 18,3—19,42 *1 Cor* 1,23—2,8 11,23—32 *Gal* 3,1—14 6,14—16 *Eph* 2,13—18 *Phil* 2,6—11 *Col* 1,12—23 2,13—15 *1 Tim* 4,9—5,10 *Hebr* 9,24—28 10,5—10 11,5—.7 Engelbrethius edidit *Hebr* 9,24—28 10,5—10 (ut infra, p. 892, cod. 4), p. XXVI. 147—153.

Taurini (bibl. universitatis?)

83. Fragmentum papyraceum: *Lc* 1,5—19. Edidit v. cl. Rossi (anno 1885?); cf Amélineau, *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde*, XXIV, Lipsiae a. 1886, p. 43, adn. *, qui citat acta *Le Caire* 6 Aprilis a. 1886.

84. Olim Venetiis servata Naniani fragmenta quae I. A. Mingarellius (cf supra, p. 866) edidit, nunc latent: *Mt* 18,27—21,15 *Mc* 11,29—15,32 *Ioh* 9,17—13,1; *Mt* et *Ioh* fragmenta iterum edita sunt apud Woidium.

85. Petropoli bibl. imperialis.

saec. ? : lectionarium:

I. *Rom* 1,10—12 *Mt* 15,12—14 *1 Thess* 5,8—10 *Mc* 13,35.36

II. *Mt* 4,6.7 *Hebr* 10,34—36 *Lc* 12,33—36 et 39—40

III. *Eph* 5,19—21 *Phil* 3,18.19

IV. *Mt* 23,10—12 *Rom* 13,7.8 *Mt* 5,33—36

V. *Mt* 6,8 *Phil* 3,17 (*Eph* 5,1.2?) *Eph* 5,16—19.

Haec edidit v. cl. Oscarus de Lemm, *Bruchstücke der sahidischen Bibelübersetzung. Nach Handschriften der kaiserlichen öffentlichen Bibliothek zu St. Petersburg*, Lipsiae a. 1885, et „Sieben sahidische Bibelfragmente“, in actis *Zeitschrift für ägyptische Sprache und Alterthumskunde*, XXIII, Lipsiae a. 1885, p. 19—22.

86. Petropoli caes.: *Mc* 14,36—38.40.41.43.61.62.67.68 15,1.6.7.13—26.29—40.41.42.44—47 16,2.3.6—8.11.12. 20. Haec fragmenta edidit v. cl. Oscarus de Lemm, in libro *Études archéologiques, linguistiques, et historiques dédiées à Mr. le Dr. C. Leemans*, Lugduni-Batavorum a. 1885, p. 95—102. Ubi sunt fragmenta *Le* 24,1—7 et 11—17 et 19—24 et 29—35 et 39—44 et 49—53 *Ioh* 1,4—10 2,1—8 et 11—15 et 19—24 3,1—6 et 9—15 et 18—29 quae v. cl. Amélineau a Lemmio edita esse dicit?

87. Petropoli societatis imperialis „eorum qui palaeographiam amant“: *Prov* 11,16—12,13 *Ioh* 10,8—29 12,48—13,9. Haec edidit v. cl. Oscarus de Lemm, „Sahidische Bibelfragmente I“, in actis *Bulletin de l'académie impériale des sciences de St. Pétersbourg*, XXIII (seriei novae I), Petropoli a. 1890, p. 257—268.

88. Petropoli viri cl. W. Golenischeff.

Ps 49,14—50,13 118,152—119,1 *Mc* 6,46—9,2 *Col* 4,2—18 *1Thess* 1,1—6 *Iac* 2,23—3,14. Haec fragmenta edidit v. cl. Lemmius, „Sahid. Bibelfr. II“, in actis laudatis, p. 371—391. Collectio utraque ex Deir-el-Abjad Petropolim lata est.

89. Cahirae musei in vico Boulaq 1.

32×18: *Mt* 7,13—8,31 *Le* 24,12—26. Haec edidit v. cl. Urbanus Bouriant, „Fragments de mss thébains du musée de Boulaq“, in actis *Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes*, IV, Parisiis a. 1882, p. 1—4.

90. Cahirae? E notitiis sparsis, quae omisso sive nomine editoris sive libri titulo apud Ciascam et Amélineau inveniuntur suspicari licet Cahirae exstare et a v. cl. Bouriant edita esse, fragmenta N. T. haec: *Mt* 14,18—15,18 in libro *Mémoires publiés par les membres de la mission archéologique française au Caire*, Parisiis a. 1887, vol. 1, fasc. 3, p. 395 seqq. *Mc* 6,11—12 *Lc* 1,11—17 et 57—80 *ibidem*. *Lc* 1,30—68: scimus per v. cl. Ludovicum Stern (ut supra, p. 850, adn. 5) hunc fragmentum ab U. Bouriant editum esse in dissertatione, „Les papyrus d'Akhmim?“ *ibidem* Parisiis a. 1885, vol. 1, fasc. 2, pp. 242—304. *Ioh* 3,1—8 *Act* 8,26—40 13,17—25 *Hebr* 10,19—30 1 *Ioh* 5,5—14 *ibidem* (fasc. 3?).

c. *Versionis Basmiricae.*

1. Londinii (?) viri cl. W. M. Flinders Petrie.
saec. ?, 17.5 × 11, membr, titl: *Mt* 11,27.28 12,1—3 et 6—10.11.12. E provincia Fayyum in Angliam tulit v. cl. Petrie. V. cl. W. G. Crum edidit, *Coptic manuscripts brought from the Fayyum*, Londinii a. 1893, p. 1—2.
2. Londinii (?) viri cl. W. M. Flinders Petrie.
saec. IV, 10 × 7.8, membr, col. 1:
(a.): *Iuc* 4,12.13. — (b.): *Iud* 17—20. — (c.)? Edidit v. cl. Crumius (ut cod. 1), p. 3—5.
3. Parisiis bibl. nat.
Mt 5,46—6,19. Edidit v. cl. Gastonus Maspero in actis *Recueil* etc (ut supra, p. 891, cod. 88), XI, a. 1889, p. 116. Erat olim bibliothecae Deir Amba-Shenoudah, in codice e quo v. cl. Bouriant folia nonnulla edidit.
4. Romae collegii Propag. olim Borg. Basmyr. 2.
saec. ?, in 4, membr, fol. 1, coll. 2: *Ioh* 4,28—34 et 36—40 et 43—53; mut. Cf Zoega (ut supra, p. 886, cod. 16), p. 139 et textus ab eo editus, p. 149.150, et Engelbrethius, *Fragmenta Basmirico-Coptica V. et N. T. quae*

in museo Borgiaeo Velitris asservantur, eum reliquis versionibus Aegyptiis contulit, Latine vertit nec non criticis et philologicis adnotationibus illustravit W. F. E., Hauniae a. 1811, p. 20—156, ubi textum et Basmyricum et Memphiticum et ubi fieri potest Sahidicum invenies additis lectionibus variis e Graeco.

5. Romae coll. Propag. olim Borg. Basmyr. 3.

saec. ?, in 4, membr, foll. 9, coll. 2; capp, lect, orn: *ICor* 6,19 — (7,6.7.8.33.34 mut) — (9,7.8) — 9,16 [9,9 — 16 ediderunt iam anno 1789 Georgius (ut supra, p. 866), et Münterus (ut supra, p. 866)] 14,33—15,35 *Eph* 6,18 — 24 *Phil* 1,1—2,2 *IThess* 1,1—3,6 *Hebr* 5,4—9 5,13 — 6,3 6,8—11 15—(19.20.7,1)—7,5 7,8—(9)—13 16—(23—27)—(8,3—5)—(9,10.11.17)—(10,1.2) (6—8) (13—15) 10,22. Cf Zoega (ut supra, p. 886, cod. 16), pp. 139.140 et textus ab eo editus, pp. 151—168, et Engellbrethius (ut supra, p. 892, cod. 4).

Cahirae v. cl. Bouriant.

6.

a. *Ies* 29,24—37,3 b. 35 <29, foll. 4, coll. 2, ll. 40: *Mt* 13,35—14,8 *Mc* 8,24—9,12 c. foll. 2: *2 Cor* 12,9—13,13 *Hebr* 1,1—3 hoc ordine. Haec edidit v. cl. Bouriant „Fragments Bachmouriques“, in actis *Mémoires de l'institut Égyptien*, vol. 2, pars 2, Cahirae a. 1889, p. 567—604.

De lectionibus ecclesiasticis Arabico-Copticis cf Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 5, Romae a. 1831, p. 15—34 seriei alterius, et MS. Vat. Arab. 15 olim 7, anni 1338. Vide etiam Parisiis bibl. nat. Copt. 19: *Erl* et *Apl* in tempus quadragesimale, Copt. 20 ut Copt. 19, Copt. 21: *Erl* et *Apl* in menses quattuor a Paschate; — item Florentiae bibl. Palat. Med. 6: a. 1396: lectiones ex *P^s Act Cuth Paul Err*. Lectionaria Coptica incipiunt inde a mensi Thoth, id est a die 28 mensis Augusti.

(3.) AETHIOPICA.

Sententia v. cl. Augusti Dillmann videtur haec versio e textu Graeco exarata esse inde a saeculo quarto usque in sextum saeculum¹ in usum ecclesiae Axumiticae in Abyssinia, manu interpretum plurium, non vero, quod aeth fabulantur Christiani illius terrae, manu Frumentii episcopi primi. Teste Dillmanno secuta est haec versio accuratissime textum Graecum etiam quod ad verborum ordinem spectat. Saepe tamen apparet interpretem Graecae linguae non peritum fuisse, unde errores multi in textum inreperunt. Postea plus semel, ut videtur, emendata est versio ut eum ingenio linguae Aethiopicae melius consentiret et elariorem proferret sensum; quod magna ex parte postquam lingua Aethiopica saeculo quarto decimo ab usu communi² recesserit factum

¹ Cf Christianus Bened. Michaelis, *De versione Aethiopica N. Testamenti generatim*, § X; est praefatio in librum Christophori Aug. Bode, *Evangelium secundum Matthaeum ex versione Aethiopici interpretis . . . eum Graeco ipsius fonte studiose contulit atque plurimis . . . observationibus . . . illustravit* C. A. B. Halae a. 1749 (ff. [16], pp. 193 in 4); — v. cl. Aug. Dillmann, „Aethiopische Bibelübersetzung“ apud Herzogium, *Real-Encyclopädie*, ed. 2, Lipsiae a. 1877, vol. 1, p. 203—206; — v. cl. Ignatius Guidi, „Le traduzioni degli Evangelii in arabo e in etiopico“, in actis *Atti della R. Accademia dei Lincei anno CCLXXV. 1888. Serie quarta. Classe di scienze morali, storiche e filologiche*, vol. 4, Romae a. 1888, p. 5—37, in primis 33—37. Fortasse iam Chrysostomo nota erat versio, *Homil. in Ioh. ii, 2, Opera*, ed. Montf., vol. 8, p. 10 nisi is quod verius esse videtur, rhetorice locutus est. Gildemeisterus, qui vult versionem saeculi esse sexti vel septimi, monet textum, si e Graeco versus sit, varie interpolatum esse vel e Syris vel ex Arabicis, quod etiam Dillmannus, p. 204, asseverat.

Iobus Ludolfus (cf infra, p. 910, cod. 89), p. 297 et 299 putat plures existisse versiones Aethiopicas; Plattus hanc opinionem accipere non vult (cf infra p. 900, cod. 1), p. 10—18.

² Aethiopia lingua Amharicae cessit, versionem tamen Amharicam nullo modo in usum criticum idoneam esse nemo est qui

esse suspicatur Dillmannus, idque versionibus Copticis atque Arabicis in consilium vocatis.

Ita v. cl. Dillmannus, quem secutus sum. Sed vir doctissimus Iohannes Gildemeisterus († a. 1890) rem omnino aliter se habere putat meque¹ de rationibus quibus ductus sit certiore[m] fecit litteris Bonnae die 20 mensis Aprilis anni 1882 datis,² in quibus reiecta eorum opinione qui

non concedat. Cf de versione Amharica Plattii *Biblia sacra Amharice*, Londinii a. 1844; — v. cl. Franciscus Praetorius, *Die amharische Sprache*, Halae a. 1879, p. 2: — v. cl. Zotenbergius (ut infra, p. —, cod. 60), p. 21 b. Fragmentum Le 1,1—13 versionis Amharicae a I. H. Maio Latine versum [fortasse ex schedis Ludolfi exscriptum] prodiit apud Schmidtium, *Bibliothek für Kritik und Exegese des N. T. und älteste Christengeschichte*, [Herbornae et Hadamarum] a. 1796 [1797], vol. 1, fasc. 2, p. 307—310. Fuit hoc fragmentum in bibliotheca universitatis Gissensis num. 11 fol. (hodie num. decclxxii: cf I. V. Adrianus, *Catal. codl. mss. bibl. Giss.* Francofurti a. 1840, p. 258) sed vir clarissimus Bernhardus Stade, professor Gissensis, qui amicissime codicem perlustravit, me certiore[m] fecit (mense Aprilis anni 1882) folium hodie codici non inesse.

¹ Gildemeisterus contulit accurate cum Aethiopicis in usum Tischendorffii lectiones omnes varias Aethopicas, quas hic in editione sua Novi Testamenti Graeca anni 1849 laudaverat.

² Verba Gildemeisteri lectoribus non ingrata erunt: „... Ueber das Alter der Aethiopischen Uebersetzung hatte ich Tischendorf am 26. Oct. 1854 geschrieben, wie ich aus einem zufällig bewahrten Concept sehe.

Die allgemeine Annahme, dass dieselbe in das vierte Jahrhundert zu setzen sei, beruht auf zwei Argumenten.

1. nimmt man an, dass der doch gewiss sehr sporadischen und partiellen Bekehrung von Axum 326 gleich, wie bei heutigen Missionaren, habe eine Bibelübersetzung folgen müssen, also noch im vierten Jahrhundert.

2. stützt man sich auf die Aussage des Chrysostomus, dass zu seiner Zeit das Evangelium Iohannis in die Sprachen von *μῖοτα ἔθνη* bereits übersetzt sei, auch in das Persische und Indische. Das ist Rhetorik, aus der sich keine Thatsache folgern lässt.

An allen sonstigen etwaigen Zeugnissen fehlt es.

Eine Anzahl Wörter für christliche Hauptbegriffe, mit denen aller Unterricht anfangen musste, sind in der Bibelübersetzung nicht

credunt Christianos paucos Axumiticos anno fere 326 versionem fecisse, saeculo demum sexto vel septimo auctores

aethiopisch, sondern syrischer und nur syrischer Form. Z. B. háimanot Glaube ܐܝܡܢܘܬܐ , arami Heide [für $\xi\theta\rho\nu\zeta\acute{o}\varsigma$ Ἑλλήν Ἑλληνίστις, βάρβαρος] ܐܝܥܡܐ Armenier, welche Bezeichnung ja nur in Syrien möglich war, órith Pentateuch ܐܘܪܝܬ , siol Hades, ܫܝܘܠ ; das i für ܫܝܘܠ ist nur durch Vermittelung des Syrischen erklärlich.

Daraus folgt, dass die ersten christlichen Lehrer der Habessinier und die Schöpfer ihrer Kirchensprache Syrer gewesen sein müssen, dass jene Ausdrücke schon eingebürgert waren, als die Uebersetzung aus dem Griechischen gemacht ward, und diese kann also nicht auf die ersten alexandrinischen, also griechischen Bekehrer zurückgeführt werden. Es sind zwei getrennte Zeitperioden, die der Bildung jener kirchlichen Sprache und die der Uebersetzung anzunehmen.

Solche Syrer können wohl nur Monophysiten gewesen sein. Ueberhaupt ist die christliche Bekehrung der Aethiopier erst um 500 und zwar durch Monophysiten erfolgt. Auch später noch lässt sich in Habessinien der Gegensatz zwischen syrischen und alexandrinischen Monophysiten nachweisen. Die Ausführung dieses Satzes bedürfte aber einer so ausführlichen Erörterung, dass dazu ein Brief nicht wohl hinreichen würde; ich darf das also hier nur als These aufstellen.

Die aethiopische Bibelübersetzung zeigt auch eine so mangelhafte Kenntniss des Griechischen, dass unmöglich ist, diese könne in einem Jahrhundert, in welchem nationale, ich meine alexandrinische, Griechen mit den Eingeborenen in Verbindung standen, stattgefunden haben; sie ist nur möglich in einer schon isolirten Kirche, in der die gelehrte Kenntniss des Griechischen schon abstarb. Beispiele, zu Hunderten möchte ich sagen, von dem äusserst geringen Verständniss finden Sie z. B. in den Noten zu Ludolfs Psalmenausgabe, und doch waren die Psalmen nach der Rolle, die sie in der orientalischen Kirche immer gespielt haben, gewiss eins der zuerst übersetzten Bücher. Ebenso im N. T. Nur zwei Beispiele. Act 20,15 fasste der Uebersetzer $\acute{\alpha}\nu\tau\iota\sigma\tau\acute{\iota}\varsigma$ als Eigennamen, 23,31 $\acute{\alpha}\nu\tau\iota\sigma\tau\acute{\iota}\varsigma$ als „benachbarte ($\acute{\alpha}\nu\tau\iota$) Stadt“ auf. Hiernaech wird man gewiss sechstes und siebentes Jahrhundert als frühesten Termin annehmen müssen.

Ich glaube selbst, dass schon arabische Lehnwörter sich finden. Der Satan heisst aethiopisch „saitân“, arabisch schaitân (s und sch sind im Aethiopischen zusammengefallen). Dies erklärt sich weder aus dem Griechischen, noch dem Syrischen. Wollte man annehmen,

fuisse Syros Monophysitas pronuntiat.¹ Vix tamen hoc ex rationibus eius concludi potest. Sunt certe vocabula quae Gildemeisterus profert origine Syriaca sive Aramaica, at sunt Iudaico-Aramaica. Inde minime sequitur Monophysitas biblia Aethiopice vertisse vel linguam Christiano-Aethiopicam effinxisse. Quae linguam Iudaico-Aramaicam redolent, ea nos docent iam primis temporibus Iudaeos ex Arabia meridiana in Aethiopiam migrasse, vel etiam Geez iam a primo in Abyssinia die aliquo modo Iudaeis similes fuisse, et Christianos in Abyssinia verbis nonnullis ab eis commodatis usos esse.²

das Wort sei aus Aethiopien nach Arabien gekommen (im Koran), so giebt es doch noch andere Bedenklichkeiten. *Ῥίμη* wird, wo es im N. T. vorkommt, mit sak^{at} gegeben, dies hat im Aethiopischen keine Wurzel und ist das arabische sikkat. Zum sichern Zeichen, dass es Fremdwort ist, dient, dass es, mit Verkennung der Femininendung des Arabischen -at, indem man das t als radical auffasste, im Plural (pluralis fractus) ask^{ât} bildet. Strassen, namentlich enge waren, nach der ganzen Beschaffenheit des Landes und Lebens, bei den Aethiopen wohl nicht heimisch (allerdings giebt es andere Wörter für *πλατεία*, wie *מרחב*). Wäre dies durchzuführen, so kämen wir in noch spätere Zeit.

Sub finem harum litterarum, in quibus etiam de versionibus Arabicis disserit, Gildemeisterus haec monet: „Im Ganzen sollte man freilich diese arabischen und aethiopischen Uebersetzungen nicht in die Variantensammlungen aufnehmen, ehe nicht über jede besondere und ausführliche kritische Arbeiten im Zusammenhang verfasst sind, die feststellen, was wirklich als Variante Werth hat, si tanti est.“

¹ De origine versionis Aethiopiae conferendus est codex Parisinus bibl. nat. Aeth. 113 (Zotenberg. 113), saec. XVI: *Refutatio haeresium*; incipit fol. 52 v „Photini“ haeresis, ubi de evangelio in Aethiopia dicitur; fol. 63 ss narratur de novem viris sanctis qui V. T. et N. T. Aethiopicum Romam adportaverint; Vetus Testamentum ex Hebraico versum esse fingitur quo tempore Salomonem regina Mesembriae visitaverit, Novum Testamentum e Graeco ante Nestorii doctrinam cognitam, ante Leonis doctrinam formatam, ante societatem synodicanam, id est episcoporum Chalcedonensium, ergo esse versionem puram.

² Cf praeterea quae v. cl. Dillmannus de verbis peregrinis in libris Aethiopicis profert, *Lexicon ling. Aeth.* Lips. a. 1865, col. XXII.

Versio Aethiopica continet Novum Testamentum integrum additis Clementis epistulis et Synodo:¹ Evv Paul Cath Act Apoc Clem Syn.²

Editionem principem Novi Testamenti Aethiopici curavit monachus ordinis Takla-Haimânôt e monasterio Dabra-Libânôs (in monte Libano), nomine Tesfa-Zion, natu Malhezinus Aethiops, qui, sociis monachis ex eodem monasterio Tanse'a-Wald et Za-selâsé, codices Novi Testamenti secum portans viam Hierosolymis Romam fecit. In Italia subvenerunt tribus iis alii tres, Itali: Petrus Paulus (Gualterius Aretinus) archidiaconus Constantinopolitanus, Bernardinus quidam, et teste Ludolfio Marianus Victorius.³ Romae (unde *aeth^{ro}*) prodiit N.T. annis 1548.1549, epistulis XIII Pauli tomo alteri ceteris libris tomo priori mandatis.⁴ Nonnulla in actibus codice Aethiopico deficiente suppleverunt editores ex Latina (vix quod adseveraverunt etiam ex Graeca) lingua Aethiopice versa, in primis Act 9,29—10,32 26,8—28,31. Editio etsi codicem vel codices bonae notae sequitur sequet vitis propter insecitiam typographorum. Anno 1654 ediderunt Ioh. Georg. Nisselius et Theodorus Petraeus epistulas Iacobi, Iudae, Iohannis Arabice et Aethiopice additis versionibus Latinis.⁵

¹ Cf v. el. Dillmannus (ut infra, p. 904, cod. 42), p. 4.

² V. el. Winandus Fellius, Dillmanni discipulus, edidit ex Synodo *Canones apostolorum Aethiopice*, Lipsiae a. 1871, versione Latina addita.

³ Cf Iobus Ludolf, *Lexicon Aethiopico-Latinum*, ed. 2, Francofurti ad Moenum, a. 1699, praef. fol. (8) recto: „Corollarium.“

⁴ *Testamentum Novum cum epistola Pauli ad Hebraeos tantum cum concordantiis evangelistarum Eusebii et numeratione omnium verborum eorundem. Missale cum benedictione . . . Quae omnia Fr. Petrus Aethiops . . . curavit*, Romae a. 1548. *Epistolae XIII. divi Pauli . . . cum versione Latina* a. 1549. Cf v. el. Ignatius Guidi, „La prima stampa del Nuovo Testamento in Etiopico fatta in Roma nel 1548—1549“, in actis *Archivio della B. Società Romana di storia patria*, Romae a. 1886, vol. 9.

⁵ Nissel. et Petraeus, *Iacobi apostoli epistulae catholicae versio*

Waltonus editionem Romanam in Polyglottis suis supra (p. 220) laudatis iterum imprimendam curavit addita versione Latina a Dudleio Loftus et Edmundo Castell facta, sed plura quam in editione Romana in hac editione inesse menda et versionem Latinam pessimam esse Ludolfus affirmat. Christophorus Augustus Bode, qui iam anno 1749 evangelium Matthaei fusius tractaverat,¹ textum Aethiopicum, neglectis vitiis typographicis, accuratissime Latine vertit.² Anno denique 1826 curavit Thomas Pell Platt (unde *aeth^{pp}*) evangelia Aethiopice edenda in usum societatis „British and Foreign Bible Society“, anno 1830 reliquos Novi Testamenti libros, codicibus quos adire potuit in consilium vocatis.³ Leges vero societatis illius vetabant praefationem vel adnotationes textui addi, et critico iudicio minus libertatis concedebant, praeterea codices Platti minus boni erant;⁴ unde factum est ut editio viris rei criticae studiosis vix sufficiat. Romana sola editione utendum est, sed ea iterum eum codicibus est conferenda. Tregellesius quidem accepit a Platto adnotationes nonnullas⁵ ad evangelia; in actibus et epistulis

Arabica et Aethiopica . . . Ludgumi Batavorum a. 1654, et eodem anno seorsum *Judae ap. ep. et Iohannis ap. ep.*

¹ Cf supra, p. 894, adn. 1.

² Bode, *Norum . . . Testamentum ex versione Aethiopici interpretis in bibliis polyglottis Anglicanis editum ex Aethiopica lingua in Latinam transtulit* C. A. B. Brunsvigae a. 1753; apud v. el. F. Praetorium, *Aethiopische Grammatik [Porta lingg. orr. VII]*, Hesyehiae Carolinae [Karlsruhe] et Lipsiae, a. 1886, p. 25, invenies titulum versionis Latinae cum annis 1752.1755 et conlationis cum Graeco cum anno 1753; libros quod non vidi, doleo.

³ *Evangelia sancta Aethiopice. Ad codicum mss. fidem edid.* T. P. P. Londinii a. 1826; — *N. T. . . Aethiopice. Ad codicum manuscriptorum fidem edidit* T. P. P. Londinii a. 1830.

⁴ Codices iuniores testatur v. el. Dillmannus sine omni iure ex libidine mutatos esse.

⁵ De codicibus quibus Plattus usus est cf Tregellesius apud Hornium (ut supra, p. 803) p. 318, adn. 2.

non usus est Plattus nisi codice uno, qui erat societatis illius. Praeterea contulit v. cl. L. A. Prevostus textum Platti cum textu Waltoni in usum Tregellesii. Eodem modo adiutorem habuit Tischendorfius Iohannem Gilde-meisterum, qui Romanam et Platti editiones cum Tischendorffii N. T. Gr. a. 1849 edito contulit iis tamen solis locis quibus Tischendorfius in illa editione versionem Aethiopicam in consilium vocaverat. Opus esse critica Novi Testamenti Aethiopici editione, in primis evangeliorum, quae textum prorsus corruptum multis in codicibus praebent, non est quod dicam. Quis laborem suscipiet?

CODICES AETHIOPICI.

Anglia.

1. Londinii „British and Foreign Bible Society“ MS. 3. fragmenta ex *Mt Le*: quae *Le* desunt supplevit nuper Anglus e codice Parisino. Cf Thomas Pell Platt, *A catalogue of the Ethiopic biblical manuscripts in the royal library of Paris, and in the library of the British and Foreign Bible Society; also some account of those in the Vatican library at Rome. With remarks and extracts.* Londinii a. 1823. Plattus laudat p. 7. adnotationem manu Iobi Ludolfi ipsius in *Commentarii* exemplari Parisiensi scriptam, quae de libris Aethiopicis in hospitio Habessinorum Romano repertis testimonium Henrici Guilelmi Ludolfi adfert; nullus Novi Testamenti liber his inest.
2. Lond. „British and Foreign Bible Soc.“ 4.: *Mt Mc. 3.4.5*: — — *5.6.7*: exemplaria tria: *Ioh.*
6. — — 8: *Apoc.* Codices 13 *Mc Ioh* et 14 *Mc* prorsus recentes sunt.
7. Lond. mus. Brit. Orient. 781 (Wright. 2). saec. XVII, 36 < 35, membr, foll. 209, coll. 2, ll. 40; Carp, Eus-t, pict: *Oetateuchus Evv* (foll. 94—154); foll. 155—209 continent varia theologica. Cf Guil. Wright, *Catalogue of the Ethiopic manuscripts in the British Museum*

acquired since the year 1847. Londinii a. 1877, et eiusdem „List etc“, *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae vol. 24, a. 1870, p. 599—616.

8. Lond. mus. Brit. Orient. 496 (Wright. 20): foll. 173-178. saec. XVII, 17×15, membr, foll. 6(178), coll. 2, ll. 25: *1.2 Pet 1.2.3 Ioh Iac Iud*; foll. 3—172 continent multa ex V. T.
9. Lond. mus. Brit. Orient. 507 (Wright. 33). saec. XV, 33×25, membr, foll. 149, coll. 2, ll. 25.26; pict: *Ev.* Cf de hoc codice v. cl. Ignatius Guidi (ut supra, p. 894, adn. 1), p. 35, qui eo loco Mt 1,18—25 edidit. V. cl. D. S. Margoliouthius codicem paucis locis contulit [Lloyd-Sanday], *Novum Testamentum*, Oxonii a. 1889, *App. III*, p. 192—199.
10. Lond. mus. Brit. Orient. 518 (Wright. 34). a. 1655, 28×26, membr, foll. 173, coll. 2, ll. 20; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Ev.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
11. Lond. mus. Brit. Orient. 510 (Wright. 35). a. 1664—1665, 44×40, membr, foll. 238, coll. 3, ll. 21; uberrime pict: *Ev.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
12. Lond. mus. Brit. Orient. 515 (Wright. 36). a. 1675—1676, 29×26, membr, foll. 191, coll. 2, ll. 21; Carp, Eus-t, prol, capp-t, pict: *Ev.*
13. Lond. mus. Brit. Orient. 511 (Wright. 37). saec. XVII, 37×32, membr, foll. 217, coll. 3, ll. 20; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Ev.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
14. Lond. mus. Brit. Orient. 512 (Wright. 38). saec. XVII, 31×28, membr, foll. 135, coll. 3, ll. 25; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Ev.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
15. Lond. mus. Brit. Orient. 513 (Wright. 39). saec. XVII, 33×27, membr, foll. 217, coll. 2, ll. 19.20;

Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

16. Lond. mus. Brit. Orient. 514 (Wright. 40).
saec. XVII, 33×29, membr, foll. 226, coll. 2, ll. 18;

Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

17. Lond. mus. Brit. Orient. 516 (Wright. 41).
saec. XVII, 28×24, foll. 194, coll. 2, ll. 20; prol,
pict: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

18. Lond. mus. Brit. Orient. 517 (Wright. 42).
saec. XVII, 33×27, foll. 123, coll. 2, ll. 26.28; Carp,
Eus-t, prol, capp-t: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis
contulit.

19. Lond. mus. Brit. Orient. 519 (Wright. 43).
saec. XVII, 28×25, membr, foll. 231, coll. 2, ll. 19.20;
Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv.*

20. Lond. mus. Brit. Orient. 508 (Wright. 44).
saec. XVII, 50×37, membr, foll. 287, coll. 3, ll. 20-27;
Carp, Eus-t, prol, capp-t, pict: *Evv.*

21. Lond. mus. Brit. Orient. 509 (Wright. 45).
saec. XVIII, 39×36, membr, foll. 160, coll. 3, ll. 23-30;
prol: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

22. Lond. mus. Brit. Orient. 525 (Wright. 46).
saec. XV, 16×14, membr, foll. 109, coll. 2, ll. 13-20: *Ioh.*

23. Lond. mus. Brit. Orient. 520 (Wright. 47).
saec. XVII, 36×33, membr, foll. 267, coll. 2, ll. 13.14;
pict: *Ioh.*

24. Lond. mus. Brit. Orient. 521 (Wright. 48).
saec. XVII, 31×27, membr, foll. 153, coll. 2, ll. 13; *Ioh.*

25. Lond. mus. Brit. Orient. 523 (Wright. 49).
saec. XVII, 17×15, membr, foll. 79, coll. 2, ll. 16: *Ioh.*

26. Lond. mus. Brit. Orient. 522 (Wright. 50).
saec. XVIII, 22×16, membr, foll. 92: *Ioh.*

27. Lond. mus. Brit. Orient. 524 (Wright. 51). *Ioh.*
saec. XVIII, 15×13, membr, foll. 83, coll. 2, ll. 15:

- [28. Lond. mus. Brit. Orient. 733 (Wright. 52).
a. 1855—1865, 36 < 30, membr, foll. 158, coll. 2,
ll. 18: *Mt Mc lingua Amharica.*]
29. Lond. mus. Brit. Orient. 526 (Wright. 53).
saec. XVII, 36 × 31, membr, foll. 95, coll. 3, ll. 30:
Paul. (Phm Hebr) *Act Apoc Cath.* V. cl. Margoliouthius
locis paucis contulit, numerat ut videtur ex incuria 520.
Unde fiat ut dicat codices Orr. 526 et 527 solos esse
epistularum et actuum qui in Museo Britannico adser-
ventur, prorsus nescio.
30. Lond. mus. Brit. Orient. 529 (Wright. 54).
saec. XVII, 28 < 24, membr, foll. 197, coll. 3, ll. 27—29;
prol in Paul: *Paul* (Phm Hebr) *Cath Act Apoc.*
31. Lond. mus. Brit. Orient. 531 (Wright. 55).
saec. XVII, 21 < 18, membr, foll. 200, coll. 2, ll. 20—23:
Cath Apoc Act Paul (Phm Hebr).
32. Lond. mus. Brit. Orient. 527 (Wright. 56).
saec. XVIII, 27 < 23, membr, foll. 138, coll. 3, ll. 22:
Paul (Phm Hebr) *Cath Act Apoc.* V. cl. Margoliouthius
locis paucis contulit.
33. Lond. mus. Brit. Orient. 532 (Wright. 57).
saec. XVIII, 21 < 19, membr, foll. 128, coll. 2, ll. 19
—22: *Apoc Rom* — *1 Thess 3, 12 Act.*
34. Lond. mus. Brit. Orient. 530 (Wright. 58).
saec. XVII, 15 < 13, membr, foll. 184, coll. 2, ll. 19.20;
prol in Paul: *Act Paul* (Phm Hebr).
35. Lond. mus. Brit. Orient. 528 (Wright. 59).
saec. XVIII, 27 < 22, membr, foll. 120, coll. 2, ll. 19
—23; prol in Paul: *Act Paul* (Phm Hebr).
36. Lond. mus. Brit. Orient. 533 (Wright. 60).
ante a. 1730, 38 < 35, membr, foll. 115, coll. 3, ll. 19:
Apoc.
37. Lond. mus. Brit. Orient. 597 (Wright. 207): foll. 225-256.
saec. XV, 40 × 31, membr, foll. 32 (262), coll. 2, ll. 29
—34: *Apoc*; praecedunt homiliae. Vide etiam folium primum.

38. Lond. mus. Brit. Orient. 600 (Wright. 208): foll. 137-148. saec. XVII, 41 × 37, membr, foll. 12(160), coll. 3, ll. 29: *Apoc*; praecedunt homiliae.
39. Lond. mus. Brit. Orient. 598 (Wright. 209): foll. 177-192. a. 1708—1711, 39 × 34, membr, foll. 16(208), coll. 3, ll. 25.26: *Apoc*; praecedunt homiliae.
40. Lond. mus. Brit. Orient. 599 (Wright. 210): foll. 158-168. a. 1721—1730, 37 × 35, membr, foll. 11(168), coll. 3, ll. 28—32: *Apoc*; praecedunt homiliae.
41. Lond. mus. Brit. Orient. 601 (Wright. 211): foll. 100-106. saec. XVIII, 36 × 30, membr, foll. 7(120), coll. 35—41: *Apoc*; praecedunt homiliae.
42. Lond. mus. Brit. Add. 16,190 (Dillmann. 8). saec. ? , in 4, membr, foll. 155 (mann tribus foll. 1—15, 16—147, 148—155), foll. 16—147 habent coll. 3; Carp, sect sine num, subscr: *Evv*. Olim Anastasii cuiusdam, postea cuiusdam Bere'sanāi. Cf v. cl. Augustus Dillmann, *Catalogus codd. mss. orientt. qui in museo Britannico asservantur, pars 3, codices Aethiopicos amplectens*, Londinii 1847.
43. Lond. mus. Brit. Add. 11,293 (Dillmann. 9). saec. ? , membr, foll. 92; capp: *Ioh*. Sub finem insunt nonnulla theologica. V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
44. Lond. mus. Brit. Add. 16,220 (Dillmann. 11). saec. ? , in 4, membr, foll. 46, coll. 2: cat in Mt, textum vero non integrum praebet. Sub initium exstat tabula „computi Paschalis“, al man ut vid, a. 1613 (1249?) scripta. Olim cuiusdam Bährja Christos.
45. Oxonii Bodl. Dillmann. 10 et 11. saec. XVIII, in 4, membr, foll. 74 et 75; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Evv*.
46. Oxonii Bodl. Dillmann 12 et 13: saec. XVIII, in 4, membr, foll. 81 et 75: *Evv*. Cf Aug. Dillmann, *Cat. codd. mss. bibl. Bodl. Oxon. pars 7. Codices Aethiopici*, Oxonii a. 1848.

47. Oxonii Bodl. Dillmann. 14 et 15: *Cath* (1.2 Pet 1.2. 3 Ioh Iac Iud) *Apoc* (versio ex Coptico) *Act Paul* (Phm Hebr); sub finem Euth ut videtur uberrimus apparatus.

Austria.

48. Vindobonae bibl. caes. MS. Aeth. 10.
saec. ? , in 4, membr, foll. 156; Carp, (Eus-t ?),
prol: *Erv.* Cf v. cl. Frid. Müller, „Die äthiopischen Handschriften der k. k. Hof-Bibliothek in Wien“, in actis *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae, vol. 16 (a. 1862), p. 553—557.

49. Vindobonae bibl. caes. MS. Aeth. 20.
saec. ? , in 8, membr, foll. 117, coll. 2: *Ioh.*

Gallia.

50. Viri clarissimi Antonii de Abbadie MS. Aeth. 2.
saec. ? (non vet), 29×26, membr, foll. 162: *Erv.* Cf
Ant. d'Abbadie, *Cat. raisonné de mss éthiopiens*, Parisiis a. 1859.

51. — MS. Aeth. 9: saec. ? , 24×21, foll. 168, coll. 2:
Paul (Phm Heb) *Act Cath* (1.2 Pet 1.2.3 Ioh Iac Iud)
Apoc (capp. 58).

52. — MS. Aeth. 47: saec. ? , 20×18; Carp, Eus-t,
capp-t: *Erv.*

53. — MS. Aeth. 82: saec. XIX, 7.7×8.1, membr,
foll. 72, coll. 2; piet: *Erv.* Quod v. cl. Abbadie de textu
corrupto dicit, flagitat codicis scrutationem.

54. — MS. Aeth. 95: saec. ? , 8.6×8.7, membr, foll.
110: *Erv.*

55. — MS. Aeth. 111: foll. 1—36: *Ioh.*

56. — MS. Aeth. 112: 8×8, membr: *Erv.*

57. — MS. Aeth. 119: 20×17, membr, foll. 153: *Paul*
(Phm Heb) *Act Apoc.*

58. — MS. Aeth. 164: 23×21, membr, foll. 208: *Paul*
(Phm Heb) *Cath* (1.2 Pet 1.2.3 Ioh Iac) *Apoc Act.* Act
habent 316 sectiones (?).

59. — MS. Aeth. 173: 9×9, membr, foll. 110: *Erv.*
MSS. 24 et 191 continent commentaria in *Erv.*

60. Paris. bibl. nat. Aeth. 22 (Zotenberg. 32).
 saec. XIII, 29.3 × 18.4, membr, foll. 207, coll. 2, ll. 27; Carp, Eus-t, dissertatio de evangeliorum harmonia, capp, titl, sect, can, *στίχ* (9700 in summa), pict: *Evv*; textus vetus est teste v. cl. Zotenbergo, teste etiam v. cl. Ignatio Guidi (ut supra, p. 894, adn. 1), p. 35—36. Cf Zotenbergius, *Catalogue des manuscrits éthiopiens (Gheez et Amharique) de la bibliothèque nationale*, Parisiis [a. 1877].
61. Paris. bibl. nat. Aeth. 130 (Zotenb. 33).
 saec. XVII, 26.3 × 22, membr, foll. 172, coll. 2, ll. 21; introductio, Carp, Eus-t, dissertatio de harmonia, prol, capp-t: *Evv*. V. cl. Zotenbergius praebet nonnullas lectiones varias dicitque textum esse emendatum; cf v. cl. Ignatius Guidi.
62. Paris. bibl. nat. Aeth. 23 (Zotenb. 34).
 a. 1794, 25.8 × 15.6, chart, foll. 258, col. 1, ll. 20—25; introductio, Carp, Eus-t, dissertatio de harmonia, prol, capp-t: *Evv*; textus plerumque cum Aeth. 130 (cf supra cod. 61) consentit.
63. Paris. bibl. nat. Aeth. 21 (Zotenb. 35).
 a. 1483, 33.5 × 23, membr, foll. 202, coll. 2, ll. 27.28; Carp, dissertatio de harmonia, capp-t (sub fin evangelii uniuscuiusque), titl, sect: *Evv*; textus teste Zotenbergo partim antiquus partim emendatus. Cahirae scriptus.
64. Paris. bibl. nat. Aeth. 117 (Zotenb. 36).
 saec. XVIII, 9 × 8.5, membr, foll. 138, coll. 2, ll. circ. 22: *Evv*; textus exhibet lectiones e familiis variis.
65. Paris. bibl. nat. Aeth. 151 (Zotenb. 37).
 saec. XIX, 26 × 24, membr, foll. 184, coll. 2, ll. 19; introductio, Carp, sect, can, prol, pict: *Evv*; textus mixtus.
66. Paris. bibl. nat. Aeth. 33 A (Zotenb. 38).
 saec. XVII, 32.2 × 22, chart, foll. 163, coll. 2, ll. 20: *Mt* mut *Me Le* 1, 1—2, 21; textus consentit plerumque cum Aeth. 21 (cf supra cod. 63).
67. Paris. bibl. nat. Aeth. 20 (Zotenb. 39).
 saec. XVI, 12.8 × 10.9, chart, foll. 244, coll. 2, ll. 13;

titl, sect, can: *Mt Mc*; textus plerumque ut in Aeth. 21 (cf supra, cod. 63).

68. Paris. bibl. nat. Aeth. 143 (Zotenb. 40).
saec. XIV, 33×21.5, membr, foll. 27, coll. 2, ll. 24:
Le 9,23—11,2 a 11,18 b—13,13 13,29—20,25; textus
sui generis.

69. Paris. bibl. nat. Aeth. 24 (Zotenb. 41).
saec. XVI, 20×17.9, membr, foll. 102, coll. 2, ll. 20-23;
capp in Ap C, subscr Ac, prol sub fin Ap: *Act Apoc
Cath*; textus est versionis emendatae.

70. Paris. bibl. nat. Aeth. 26 (Zotenberg. 42).
saec. XV, 21×14.5, membr, foll. 102, coll. 2, ll. 22;
capp (72 in Ac): *Cath Act*; textus vetustior est quam ille
in MS Aeth. 24 (cf supra, cod. 69).

71. Paris. bibl. nat. Aeth. 25 (Zotenb. 43).
saec. XV, 14×11.3, membr, foll. 69, coll. 1, ll. 14—16:
Cath additis lectionibus tribus ecclesiasticis ex Hebr Act
Ioh; textus ut in Aeth. 26 (cf supra, cod. 70).

72. Paris. bibl. nat. Aeth. 28 (Zotenb. 44).
saec. XVI, 18×12.8, chart, foll. 65, coll. 2, ll. 15:
Cath; textus partim ut in Aeth. 24 (nostro cod. 69) partim
ut in Aeth 26 (nostro cod. 70). Manus alia in init scripsit
lectt 5 ecclesiasticas ex Cor Hebr Ioh Act. (Z. 165).

73. Paris. bibl. nat. Aeth. 27 (Zotenb. 45) et Aeth 127
a. 1378, 23×16.5, membr, foll. 162, (174 additis
foliis 12—23 e codice Aeth. 127 olim ex hoc codice raptis),
coll. 2, ll. 19; capp, lect: *Paul* (Heb Tim); textus differt
a textu editionis Londinensis, consentit saepius cum textu
editionis Romanae. Hierosolymis scriptus iussu monachi
Gabra-Krestôs qui monasterio Habessinico praefuit.

74. Paris. bibl. nat. Aeth. 29 (Zotenb. 46).
saec. XIV, 25×16, membr, foll. 120, coll. 2, ll. 24:
capp: *Paul* (Heb Tim). Olim in deserto Scetensi.

75. Paris. bibl. nat. Aeth. 30 (Zotenb. 47).
saec. XVIII, 21×18, membr, foll. 100, coll. 2, ll. 22:

Paul (Phm Heb); textus consentit saepius cum textu editionis Londinensis.

76. Paris. bibl. nat. Aeth. 31 (Zotenb. 48).

saec. XVI, 18.2×15, membr, foll. 31, coll. 2, ll. 20:

Apoc; textus consentit plerumque cum textu editionis Londinensis.

77. Paris. bibl. nat. Aeth. 116 (Zotenb. 71): foll. 26—93.

saec. XVII, 27×25, membr, foll. 68(118), coll. 2,

ll. 15: *Ioh*; inest adult.

78. Paris. bibl. nat. Aeth. 127 (Zotenb. 165): foll. 8—11.

saec. ?, 22.8×15.3, chart: *Rom* 5,15b—8,9a; versio

est emendata.

Germania.

79. Berolini bibl. reg. Dillmann. 20.

saec. ? (recens), 32.5×29, membr, foll. 237, coll. 2,

ll. 19.20; Carp, Eus-t, prol, capp-t: *Err*. Accuratius examinetur necesse est hic textus prorsus corruptus; cf v. cl. Dillmannus, *Verzeichniss der abessinischen Handschriften* (*Handschr.-Verzeichn.* vol. 3), Berolini a. 1878, p. 12—14.

80. Berolini bibl. reg. MS. or. qu. 415 (Dillmann. 21),
foll. 5—57 v.

saec. XVIII, 22×20, membr, foll. 89, coll. 2, ll. 18.

16.17: *Ioh*. MS. or. fol. 445 (Dillmann. 22): *Evv* in dialecto Tigriña; textus prorsus novus e versione Europaea fluxit.

81. Dresdis bibl. reg.

saec. ?, in 4, membr, foll. 80: lectiones ex *V. T.* et

N. T. Cf Tischendorfius, *Serapeum*, Lipsiae a. 1847, num. 4, p. 74, ubi numero 41 designatur, et *Ancedota* a. 1855 (et 1861), p. 76, num. 3.

82. Francofurti ad Moenum bibl. publ.

saec. ?, in 4: fragmenta biblica (an Novi Testamenti?).

Eduardus Rüppell, *Reise in Abyssinien*, Francofurti ad Moenum, vol. 2 (a. 1840), p. 403—410(411), exhibet

catalogum librorum Aethiopicorum quos bibliothecae urbis Francofurti dono dedit. Novum Testamentum (excepto Ioh ante paucos annos verso) his non inest. Pagina 410 narrat Ruppellius se in Abyssinia rarius Novi Testamenti integri codices vidisse, persaepe vero quattuor evangeliorum.

83. Lipsiae bibl. univ. cod. Tischendorffianus 16.

inter alia Coptica: fragm ex *N. T.*

84. Monaci bibl. reg. cod. Aeth. 25.

saec. ?, 36 < 30, membr, foll. 158, coll. 2, ll. 18; prol, capp-tab (?), tabulis centum triginta magnis (13 < 22) pictis ornatus: *Mt Mc.* Textus multis locis a textu Platti discrepat. Anno 1874 vel 1875 a bibliotheca emptus. Cf Trumppius in libro *Verzeichniss der orientalischen Handschriften der k. Hof- und Staatsbibliothek in München. Nebst Anhang* (etiam sub titulo *Catalogus*, tom. 1, pars 4), Monaci a. 1875, pagina ea quae paginam 184 excipitur.

85. Monaci bibl. reg. cod. Aeth. 28.

saec. ? (codex vetus), 15 < 14, membr, foll. 120, coll. 2, ll. 12.13; subser: *Ioh.* Adduntur liber apocalypticus et nonnulla de Maria. Anno 1874 vel 1875 a bibliotheca emptus. Cf Trumppius (ut cod. 84), pagina altera post p. 184.

86. Henricus Ewald, „Ueber die Aethiopischen Handschriften zu Tübingen“ in actis *Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, Bonnae, vol. 5 (a. 1844), p. 164—201, citat p. 173, num. 12, codicem evangeliorum, quem Krapfius Tubingam adtulit; ubi hodie sit, nescio. Catalogus alter Tubingensis, quem Ewald in actis *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae, vol. 1 (a. 1846), p. 1—43, publici iuris fecit, nihil ex Novo Testamento exhibet.

Italia.

87. Flor. Palat. Med. 16.

saec. ? („pervetustis Abyssinorum characteribus“): *Rom Gal 1.2 Cor Eph Col 1.2 Thess Phil Tit 1.2 Tim Phm Hebr.* Olim Antonii presbyteri Madensis. „Huic codici respondent b. Pauli epistolae . . . Romae a. 1584 impressae“.

Ludolfus refert de codice, cf Plattus (ut supra, p. 900, cod. 1), p. 7.

88. Romae Vat. Aeth. 1.

saec.?, in fol, membr, foll. 217: *Erv*; insunt praeterea officium Aethiopum, nonnulla opuscula Clementis Romani, computus temporum Aethiopum, aliquot concilia generalia. Cf Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 5, Romae a. 1831, paginarum series altera, p. 94.

[Romae Vat. Aeth. 3 et 6: duo exemplaria Novi Testamenti annis 1548 et 1549 Romae typis impressa.]

89. Romae Vat. Aeth. 21.

saec.?, in 8, chart, foll. 114: *Paul 1.2 Pet*. Cf etiam Iobus Ludolfus, alias Leutholf dictus, in *Commentario* ad suam „Historiam Aethiopicam“, Francofurti ad Moenum, a. 1691, p. 299, ubi refert de codicibus Aethiopicis Romae olim in hospitio Habessinorum suo tempore in bibliotheca Vaticana servatis: 8. *N. T.* — 9. *Quattuor erv.* — 10. *Pauli et Petri epp.* — 11. *1.2 Pet 1.2 Ioh Iud Hebr* — 12. *Apoc.* Estne Vat. Aeth 21 Ludolfi 10?

90. Romae Vat. Aeth. 25.

saec.?, in 4, membr, foll. 262: *Erv*.

91. Romae Vat. Aeth. 38.

saec.?, in 12, chart, foll. 304: *Lc Ioh*.

92. Romae Vat. Aeth. 47.

saec.?, in 12, membr, foll. 215: *Ioh Apoc.*.

93. Romae Vat. Aeth. 49.

saec.?, in 16, membr, foll. 130: *Apoc.*

94. Romae Vat. Aeth. 54.

saec.?, in 12, membr et chart, foll. 235: *Apoc.*

95. Romae Vat. Aeth. 67.

saec.?, in ?, membr, foll. 160: *Ioh Apoc.*

96. Romae Vat. Aeth. 68.

saec.?, in ?, membr, foll. 122: *Ioh Apoc.*

97. Petropoli instituti Asiatici (Dorn. 1).

saec.?, in 4, membr, foll. 100: *Ioh Apoc.* Textus

Iohannis a textu Londinii a. 1826 edito discrepat. Olim comitis de Suchtelen legati Russici Holmiae. Cf v. cl. B. Dornius, *Bulletin scientifique* (ut cod. 98), vol. 2 (a. 1837), num. 19, coll. 302—304.

98. Petropoli bibliothecae caesareae MS. Aeth. 3.
a. 1426, in fol, membr, foll. 165: *Evv.* Olim in monasterio Abyssiniorum Hierosolymis. Inest monasterii inventarium quod librorum catalogum continet. Erat Dubrowskii. Cf v. cl. B. Dornius, „Über die Aethiopischen Handschriften der öffentlichen kaiserlichen Bibliothek zu St. Petersburg“ (dissertatio anno 1837 in academia lecta) in actis *Bulletin scientifique publié par l'Académie impériale des sciences de St. Pétersbourg*, vol. 3 [a. 1838], num. 10, p. [4—8] et coll. 145—151, et *Catalogue* (ut supra, p. 844, cod. 121), p. 553—557, ubi ex errore datur annus 1526.

99. Petrop. bibl. caes. MS. Aeth. 4: saec. ?, in 16, membr, foll. 145: *Ioh.*

100. Petrop. bibl. caes. MS. Aeth 5: saec.?, in 24, membr, foll. 149: *Ioh.*

101. Petropoli bibl. caes.
saec.?, in ?, membr: *Ioh.* Cf Tischendorfius, *Notitia*, a. 1860, p. 69.

De lectionibus ecclesiasticis Aethiopicis conferendi sunt codices hi:

Lond. mus. Brit. Add. 16,249 (Dillmann. 26).

saec. XIX: Ordo Synopseos sive lectiones in unumquemque mensium diem ex Vetere et Novo Testamento. Scriptus iussu viri rev. Iohannis Lud. Krapf (cf cod. 86).
Lond. mus. Brit. Add. 16,250 (Dillmann. 27).

saec. XIX: Acta Passionis sive lectiones in officia hebdomadis magnae. Ipse quoque pariter atque codex Add. 16,249, iussu Krapfii scriptus. In hoc codice laudantur decretum abbatis Gabriel anno 1131 patriarchae facti de

lectionibus in hebdomade magna legendis, et lectiones cura abbatis Petri archiepiscopi Behensensis auctae.

Paris. bibl. nat. Aeth. 129 (Zotenb. 167).

fol. 17—20: saec. ?, 11.8×8.5, chart: fragm ex Evl.

fol. 21—27: saec. ?, 10×8, chart: fragm ex Evl.

Lipsiae bibl. univ. MS. Tischendorf. 17.

a. circiter 1800, in fol, fol. 150: lectiones ex *V. T.* et *N. T.*

Item supra, codd. 81.82.83.

(4.) ARMENIACA.

Armenii, qui antea bibliis Syriacis usi erant, studebant saeculo quinto incunte versionem sibi propriam facere ducibus Mesrobo atque Isaaco patriarcha Armeniaco. Libris nonnullis ut videtur iam e Syriaco versis, anno 431 Iohannes Ekelensis et Iosephus Palmensis Mesrobi discipuli concilio Ephesino interfuerunt et domum rettulerunt biblia Graeca; quibus visis reiecerunt Mesrobus et Isaacus ea quae e Syriaco interpretaverant, et, postquam Iohannes et Iosephus Graecis litteris Alexandriae operam navaverunt, omnia denuo Armeniace verterunt.¹ Fortasse propter initia illa Syriaca, fortasse propter emendationes posteriores, reperiuntur in hac versione lectiones paucae quae e Syriaco fluxisse videntur. Fabulam de transformatione eius, qua saeculo tertio decimo procurante rege Haitho cum Latina concordans facta sit, prorsus reiecit Tregellesius. Testibus Westcotto Hortioque praebet haec versio *a.* lectiones Occidentales antiquas, e quibus multae cum Vetere Latina contra Vulgatam Latinam faciunt; *b.* primitivas non Occidentales; *c.* Antiochenas. Crozius (La Croze) versionem Armeniacam „versionum reginam“ appellavit, ut quae Graeca optime redderet.

¹ Simon, *Hist. crit. des versions du N. T.* Roterod. a. 1690, p. 203^a—205^b, haec alio modo evenisse refert.

Dubitari vix potest, quin Armenii, ut qui intima consuetudine cum Syris coniuncti essent, biblica studia critica simili atque hi modo¹ exercuerint. Neque tamen quidquam in promptu est de studiis Armenorum biblicis ante saeculum septimum decimum. Synodus Armeniaca anni 1662, cum biblia illa lingua scripta rara et non nisi magno pretio parabilia² essent, legatum in occidentem misit, qui biblia arm^{usc} typis exprimenda curaret. Is Uscanus nomine (unde arm^{usc}), verbi divini minister ex urbe Erivan ad montem Ararat sita, cum Romae diu moratus propositum suum adsequi non potuisset; Amstelodami³ tandem primam bibliorum Armeniacorum editionem paravit anno 1666,⁴ quam editionem

¹ Vide supra, p. 815.

² Uscanus narravit Ricardo Simon, qui eum Parisiis anno 1670 vidit, biblia integra Armeniaca nondum typis impressa stetisse 500 nummis quos *écus* dicunt, Simon, *Histoire critique des versions du N. T.* Roterodami a. 1690, p. 196^a.

³ Nescio quis quaerit, num forte editio in urbe Gugha prope Ispahan iam ante annum 1666 exstiterit. V. cl. Karapet hoc negat.

⁴ *Divinitus inspiratum V. et N. T., concinnatum ab antiquis nostris et veritatem amantibus interpretibus, ex mandato inclyti domini Agopi [Iacobi], Armenorum patriarchae, concordans cum veteribus divinitus inspiratis bibliis, ad communem omnium utilitatem editum per verbi domini ministram Osgan Erivanensem, Amstelodami typis sancti Etzmiatzni et sancti Sergii anno redemptoris 1666, Armenorum 1115 mensis Martii 11.* Cf Le Long-Masch, *Biblioth. sacra*, Halae a. 1781, pars 2, vol. 1, p. 174.175. Anno 1668 prodiiit Novum Testamentum iterum, idque forma quam dicunt octava. Crozius litteras Berolini anno 1718 datas ad Beausobrium et L'Enfant misit, *Préface générale sur le Nouveau Testament*, vol. 1, p. cxi.ccxii (Hugius scribit vol. 1, p. 171), in quibus de editione N. T. ab Uscano curata dicit et de Uscano ipso „il savoit un peu de Latin, & n'avoit aucun goût, ni aucune critique. Il n'a à la vérité rien changé, ni retranché dans son Edition; mais lorsqu'il a trouvé quelque chose de plus dans la Vulgate il ne s'est fait aucun scrupule de le fourrer dans son Edition. Il l'avoue même dans une de ses Préfaces, & s'en fait mal à propos honneur. . . . Le beau Manuserit Arménien des quatre Evangiles que j'ai trouvé à la Bibliothèque du Roi, & que j'ai copié pour mon usage, m'a exactement

secutae sunt editiones omnes, nisi fallor, usque ad annum 1789, quo tempore Zohrabius¹ Novum Testamentum publici iuris fecit. Anno 1805 prodierunt cura Zohrabii biblia Armeniaca integra additis in margine in feriore conlationibus codicum; in Novo Testamento usus est Zohrabius viginti² codicibus et secutus est in primis codicem anno 1310 in Cilicia scriptum. Apocalypsim non ante saeculum octavum Armeniaca versam esse Zohrabius putat. De editione Petropolitana a. 1814, Seramporensi a. 1817, Moscuensi a. 1834 et aliis nihil habeo quod dicam. Editionem novam curaverunt Mechitaristae Venetiis annis 1847—1863;³ annum 1860 posuerunt in titulo editionis bibliorum integrorum.

Millius⁴ usus est auxilio Guilelmi Gissii et Ludovici Pici. Wetstenius adiutorem habuit Crozium. Griesbachius in consilium vocavit Bredenkampium Hamburgensem qui Zohrabi editionem anni 1789 contulit. In Scholzii usum contulerunt Cirbied professor linguae Armeniacaе Pari-

informé de toutes les additions dont cet Evêque Arménien a interpolé son Edition. A mon grand regret, je n'ai aucun Manuscrit des Actes, & des Epîtres.“

¹ *N. T. . . ., Armeniaca editum a Iohanne Zohrabio, doctore Armeno*, Venetiis a. 1789.

² Veri simillimum mihi videtur codicem Vindobonensem caes. Arm. 4 in usum Zohrabi exscriptum esse; continet enim conlationes codicum in bibliotheca sancti Iacobi Hierosolymitana servatorum cum editione bibliorum Venetiana anni 1733, quas Sargis Malian ex urbe Hadschin anno 1773 fecit.

³ Quid sibi velint anni 1847—1863 in libro *Catalogue des livres de l'imprimerie arménienne de Saint-Lazare*, Venetiis a. 1876, p. 26, nescio. Biblia integra prodierunt anno 1859. Vir cl. Leontius Alishan, per litteras de editoribus pariter atque de editionis ratione interrogatus, respondit litteris die 4 Maii a. 1882 datis: editionem Novi Testamenti novissimam ex editione bibliorum haustam esse, hanc vero lectionibus optimis esse ornatam. Perrexit: lectiones varias in editione anni 1805 exhibitas esse, unde concludere licet editiones posteriores lectiones varias non praeberent.

⁴ Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster. Amstel. a. 1710, proll. paragr. 1402—1404.1508.1509.

siensis atque monachi Meehitaristae Vindobonenses editionem Zohrabii anni 1805, sed teste Tregellesio vix ea qua debebant diligentia. Tischendorffius in editione sua septima paranda usus est lectionibus his Scholzianis additis nonnullis manu scriptis in N. T. Gr. Wetstenii exemplari Griesbachiano Lipsiae in bibliotheca universitatis adservato. Tregellesio¹ suadente v. cl. Carolus Rieu conlationem editionis Zohrabii, lectionibus variis non neglectis, cum N. T. Gr. instituit, unde apparatus N. T. Gr. Tregellesiani insigniter locupletatus est; teste Tregellesio editio Zohrabii et versio haec tota Latinam istam quae fertur indolem nullo modo testantur. Denique nisi fallor lectiones Tregellesianas Tischendorffius in hanc editionem octavam traustulit.

CODICES ARMENIACI.²

America.

1. Bostoniae in provincia Massachusetts, viri cl. S. Brai-
nard Pratti.

a. 1262, membr, pict: *Ev.*

Anglia.

2. Londinii mus. Brit. Add. 15,411.

a. 1321, 13.4×10, membr, foll. 312: *Ev.* V. cl. D. S. Margoliouthius codicem locis paucis contulit, [Lloyd-Sanday] *Novum Testamentum*, Oxonii a. 1889, *App.* III, p. 190—192. Inde hausi notitiam codicum 2—17.

3. Lond. mus. Brit. Add. 18,549.

a. 1279, 21.2×17.5, membr, foll. 310: *Ev Apoc Paul Act Cath.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

¹ Tregelles apud Hornium (ut supra, p. 803), p. 312—315.

² Congregatio Meehitarista Vindobonensis catalogum codicum Armeniacorum quoad fieri potest omnium bibliothecarum cum Orientis tum Europae instaurat. Iam prodierunt catalogi bibliothecae regiae Monacensis et bibliothecae caesareae Vindobonensis (vide infra cod. 19 et cod. 46). Utinam eodem modo codices ceteri orientales summatim describantur!

4. Lond. mus. Brit. Add. 19,727.
a. 1166, 23.1×15, chart, foll. 308: *Ev.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
5. Lond. mus. Brit. Add. 19,730.
saec. XIII, 23.7×17.5, chart, foll. 186: evangeliiis exceptis *N. T.* (ordinem non dat Margoliouthius); insunt libri nonnulli apocryphi. V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
6. Lond. mus. Brit. Add. 21,932.
saec. X vel XI, 27.5 < 20.6, membr, foll. 244: *Ev.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
7. Lond. mus. Brit. Add. 27,489.
saec. XIII, 18.4×12.5, membr, foll. 203, mut: *Ev.*; folia multa supplevit manus saec. XVII. V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
8. Lond. mus. Brit. Or. 81.
a. 1181, 21.2×15.9, membr, foll. 376: *Ev.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
9. Lond. mus. Brit. Or. 2283.)
a. 1295, chart: *Ev.*)
10. Lond. mus. Brit. Or. 2668.)
a. 1437, chart: *Ev.*)
11. Lond. mus. Brit. Or. 2678.) V. cl. Margoliouthius
a. 1207, chart: *Ev.*) locis paucis contulit.
12. Lond. mus. Brit. Or. 2679.)
a. 1281, chart: *Ev.*)
13. Lond. mus. Brit. Or. 2681.)
a. 1485, chart: *Ev.*)
14. Oxonii Bodl. Arm. d. 1.
saec. XV, 60×45, chart, foll. 277: *Ev.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
15. Oxon. Bodl. Arm. d. 3.
saec. XV, 23.4 < 16.2, chart, foll. 292: *Ev.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.
16. Oxon. Bodl. Arm. d. 5.
saec. XII et XIII, 26.8 < 18.7, foll. 1—256 chart

saec. XIII, foll. 257—325 membr saec. XII: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

17. Oxon. Bodl. Arm. d. 6.

a. 1568, 26.2×18.8, chart, foll. 367; pict: *Evv.* V. cl. Margoliouthius locis paucis contulit.

18. Sussexianus (ubi hodie?).

a. 1251, 13.7×8.7, membr, foll. 311; Eus-tab, pict: *Evv.* Cf Thomas Iosephus Pettigrew, *Bibliotheca Sussexiana. A descriptive catalogue . . .*, Londinii a. 1827, p. cclxxv sq.

Austria.

19. Vindobonae caes. Arm. 16.

a. 1613, 40.5×28, chart, foll. 409, coll. 2, ll. 37: lectionarium (Evl? vel ex V. T. et N. T.?). Cf v. cl. Iacobus Dashian, *Catalog der armenischen Handschriften in der k. k. Hofbibliothek zu Wien*, Vindobonae a. 1891, p. [v] a.

19 a. [Vindob. caes. Arm. 22: foll. 1—170: *Evv* e codice bibliothecae regiae Berolinensis exscripta manu Lacrozii. Cf v. cl. Dashian, p. [v] a, et v. cl. Fridericus Müller, „Die armenischen Handschriften der kais. Wiener Hofbibliothek“ in actis *Deutsche Vierteljahrsschrift für englisch-theologische Forschung*, VII, Gothae, a. 1864, p. 348.349.]

Dania.

20. Havniae bibl. reg. Armen. 1.

saec. XII vel XIII, in fol, chart, foll. 161: *Paul* (Heb Tim). Insunt folia duo vetustiora quae *Mc* 8,6—26 et 10,8—26 continent.

Gallia.

21. Paris. bibl. nat. Arm. 7.

saec. ? (vet), in fol, chart, litt unce: *Evv*; desunt nonnulla ex Mt et Ioh. Constantinopoli latus. Cf *Catalogus codicum mss bibliothecae regiae*, Parisiis 1739, vol. 1, p. 76 b.

22. Paris. bibl. nat. Arm. 8.

saec. ? (vet), in fol, chart, litt unce: *Mt Mc Lc*;

desunt Mt capp. 1—5 Me 16,1—12 Le capp. 22—24. Constantinopoli latus.

23. Paris. bibl. nat. Arm. 9.
saeec. XI, in fol, membr; Euth: *Act Cath Paul Apoc Graeco-Armen.* Vide supra, p. 644, Act 301. Addiditne Nerses versionem Armeniacam?
24. Paris. bibl. nat. Arm. 10.
saeec. XV, in 4, chart: *Paul Cath*; insunt epistulae istae suppositiciae Corinthiorum et Pauli.
25. Paris. bibl. nat. Arm. 10 A.
saeec. XV, in 8, membr; Carp, Eus-tab, pict: *Evv. Germania.*
26. Berolini bibl. regiae MS. or. Peterm. I. 136 (Karamianz. 4), foll. 119—446.
a. 1661, in 4, chart, foll. 328: *Cath Apoc Act Evv Paul.* Cf v. cl. N. Karamianz, *Verzeichniss der armenischen Handschriften der königlichen Bibliothek zu Berlin (Handschriften-Verzeichniss, vol. 10)*, Berolini a. 1888.
27. — — MS. or. Minut. 287 (Karamianz. 5), foll. 100—264b.
a. 1358, in 4, chart, foll. 271, coll. 2, ll. 24: *Paul.*
28. — — MS. or. Minut. 291 (Karamianz. 6).
a. 1450, in 4, chart, foll. 316; Eus-tab, sect, can, harm in ima pag: *Evv.* Pericope de adultera post finem Iohannis additur. Insunt fragmenta duo vetustiora membranacea, alterum ex „Epp“, alterum *Le* 15,3 ss.
29. — — MS. or. Peterm. I. 138 (Karamianz. 7).
saeec. XV, in 4, membr, foll. 258; Carp, Eus-t, sect, can, harm in ima pag: *Evv.*
30. — — MS. or. Minut. 285 (Karamianz. 8).
a. 1432, in 4, chart, foll. 246: *Evv.* Insunt foll. 4: saeec. IX, membr: *Le* 16,3—26.
31. — — MS. or. Minut. 268 (Karamianz. 9).
a. 1483, in 4, chart, foll. 353: *Evv.* Insunt foll. 2 vetera, membr: *Ioh* 16,16—22.

32. — — MS. or. Quart. 382 (Karamianz. 10). paullo ante 1506, in 4, chart, foll. 313; Carp, Eus-tab, sect, can, harm in ima pag: *Evv.*
33. MS. or. Minut. 261 (Karamianz. 11). saec. XVI, in 4, chart, foll. 269; Carp, Eus-tab, sect, can, harm in ima pag: *Evv.*
34. — — MS. or. Minut. 279 (Karamianz. 12). saec. XVI, in 4, foll. 265; Carp, Eus-tab, sect, can: *Evv.* Insunt foll. 4 vetera, membr: *Lc* 11,42 ss 12,6 ss.
35. — — MS. or. Minut. 281 (Karamianz. 13). saec. XVI, in 4, chart, foll. 229; sect, harm in ima pag: *Evv.*
36. — — MS. or. Minut. 288 (Karamianz. 14): a.1601: *Evv.*
37. — — „ „ Petern. 1. 149 („ 15): a.1623: *Evv. Apoc.*
38. — — „ „ Minut. 272 („ 16): a.1635: *Evv.*
39. — — „ „ „ 266 („ 17): a.1670: *Evv.*
40. — — „ „ „ 274 („ 18): a.1678: *Evv.*
41. — — „ „ „ 283 („ 19): a.1694: *Evv.*
42. — — „ „ Quart. 12 („ 20): saec. XVIII: *Evv.*
43. — — „ „ „ 337 („ 21): a.1707: *Evv.*
- Cf etiam fragmenta ex Novo Testamento in codicibus apud Karamianzum numeratis 56.75.79.87.92.93.94.
44. Lipsiae bibl. urbis Sl. fol. 10. saec. ?, in fol, chart, foll. 187: *Evv.* Manu Gregorii presbyteri.
45. Lipsiae Gregorii. saec. X (?), 42.3 <30.1, membr, foll. 28, coll. 2, ll. 21, litt unce; sect, harm in ima pagina: *Mt* 21,21—25,9 27,65—28,13 *Mc* 1,1—6,14 9,14—10,14.
46. Monaci bibl. reg. Arm. 1. a. 1278, 18×12.8, membr, foll. 304, coll. 2, ll. 19; Carp, Eus-tab, capp-tab, prol in *Mt Lc*, (sine dubio sect), harm in ima pagina, pict: *Evv.* Manu episcopi Iohannis a. 1278 scriptus, manu Arrakhel Hnasudentz pictus;

a. 1292 venum datus; anno 1468 ecclesiae s. Basilii in insula Cypro dono datus. Cf. I. H. Petermannus, in libro *Verzeichniss der orientalischen Handschriften der k. Hof- und Staatsbibliothek in München (Catalogus etc. Tomi primi pars quarta)* Monaci a. 1875, p. 120.121, et v. cl. Gregorius Kalemkiar, *Catolog der armenischen Handschriften in der k. Hof- und Staatsbibliothek zu München*, Vindobonae a. 1892, p. VI a.

46 a. [Monaci bibl. reg. Arm. 5: foll. 9a—15b.
a. 1539, 13.8 < 9.9, chart, foll. 7: lectiones ex Evv.
Olim Alberti Widmanstadii.]

47. Monaci bibl. reg. Arm. 21.
saec. XV, 22×15, chart, foll. 560, coll. 2, ll. 20:
Evv. Cf Kalemkiar, p. VIII ab.

Italia.

48. Florentiae Laur. I. 2 (Biscioni. 11).
saec. ? , in 4, chart, foll. 279: *Evv* (Evl?). Cf
Antonius Maria Biscionius, *Bibliothecae Mediceo-Lauren-
tinae catalogus. Tomus 1: codices orientales complectens*,
Florentiae a. 1752, p. 8b.

49. Romae Vat. Armen. 1.
a. 1629, in 4, chart: *V. T.* et *N. T.* Cf Angelus
Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 5, Romae 1831,
paginarum series altera, p. 239.

50. Romae Vat. Armen. 10.
a. 1301: *Act Cath.* Scriptus Perusiae manu Davidis
cuiusdam.

51. Venetiis s. Lazari: a. 1319: *V. T.* et *N. T.*

52. Venetiis s. Lazari: a. 1332: *V. T.* et *N. T.*

53. Venetiis s. Lazari: a. 1284: *N. T.*

54—60: Venetiis s. Lazari: *N. T.* septem exemplaria.

61. Venetiis s. Lazari MS. 1144.
a. 902, 33.9×27.9, membr, unc, coll. 2 (24.1×8.9;
2 coll. = 20.2), ll. 14; Carp, Eus-tab, sect, harm in ima
pag: *Evv.* Vidi 8 Martii 1886.

62. Venetiis s. Lazari MS. 887.
a. 1007, in fol, membr, coll. 2: *Erv.* Vidi 8 Martii 1886.
63. Venetiis s. Lazari (sine numero) „Evangelia magna“.
saec. XII (IX ?), 46.5×36.5, membr, coll. 2 (30.5
×10.8; 2 coll. = 24.2), ll. 11; Carp, Eus-tab, harm in
ima pag: *Erv.* Folia nonnulla supplevit manus posterior.
Vidi 8 Martii 1886.
64. Venetiis s. Lazari: a. 1184: *Erv.*
Habet monasterium s. Lazari praeter hos codices fere
sexaginta quattuor codices evangeliorum. Accuratiores
accipiemus ad finem perductis catalogis Vindobonensibus
iam supra, p. 915, adn. 2, laudatis.

Russia.

Vir cl. Karapet ter Mkrtzschian archidiaconus
Etschmiadzensis amiceissime mecum quae sequuntur com-
municavit e libro Armeniaco cui titulus est: *Catalogus
codicum manuscriptorum qui in bibliotheca sancti throni in
urbe Etschmiadzin adservantur, iussu patriarchae omnium
Armeniorum catholici Matthaei, impensis magistri Hakob
Karinian, eremitae ex urbe Erzeroum, in usum scholae
theologicae Etschmiadzensis*, Tiflis a. 1863: foll. 4, pp. 230.
Daniel Wardapet¹ Shanazarian hunc catalogum scripsit,
Karinian ille in ordinem redegit et typis imprimendum curavit.

Codices 147—178 continent bibliorum exemplaria
triginta duo (ex quibus nisi fallor novem annos 1151,
1253, 1290, 1292, 1295, 1297, 1305, 1308, 1400 prae
se ferunt).

Codices 179—221 exhibent bibliorum partes; codex
179 anno 1271 scriptus est, codex 183 anno 1203.

Codices 222—363 continent evangeliorum exemplaria
centum quadraginta duo. Codex 222, compagine eburnea
saeculi tertii vel quarti instructus, anno 989 scriptus est.
Codex 223 scriptus est anno 1308, codex 229 anno 1035.

¹ „Wardapet“ significat monachum qui et „doctor“ est.

Codices 1068—1239 continent commentarios, plerisque in libros Veteris Testamenti, nonnullos in libros Novi Testamenti.

Vir cl. Karapet me certiore fecit bibliothecam illam hodie multo maiorem factam esse libris undique conlectis; fore ut catalogus novus mox incipiatur; catalogum propterea difficilem esse ad conficiendum, quod tomi multi conlectanei maximi bibliothecae insint (exempli gratia continere codicem 918 centum undeseptuaginta numeros, codicem 920 quadringentos quattuordecim numeros).

(5.) GEORGIANA.¹

Etsi iam annis 320—330 Christiani in Iberia erant, tamen versio Georgiana sive Grusinica sive Iberica saeculo demum sexto confecta esse dicitur e Graecis codicibus. Fortasse vel ex Armeniacis facta est vel ex Armeniacis et Slavonicis postea interpolata; hoc adseveratur de editione versionis Georgianae Moscuae in suburbio Svenzga anno 1743 publici iuris facta². Priusquam aliquid certi de versionis origine et indole didicerimus, nihil proderit rebus criticis citatio huius versionis.

Edita est versio primum Moscuae a. 1723. Anno 1816 prodiit Petropoli editio litteris ecclesiasticis, anno 1818 litteris civilibus sed eiusdem textus.³ Iulius Henricus

¹ Cf. Iohannes Gottfried Eichhorn, „Von der Georgischen Bibelübersetzung“ in actis *Allgemeine Bibliothek der biblischen Literatur*, Lipsiae a. 1787, vol. 1, pp. 153—169; e fonte Romano hausit Eichhornius.

² Zenkerus, *Bibliotheca orientalis*, Lipsiae a. 1861, vol. 2, p. 171, dicit versionem e Slavonico factam esse.

³ Franc. Car. Alter, *Ueber georgianische Litteratur*, Vindobonae a. 1798, qui lectiones ex editione anni 1743 exhibet; S. C. Malan, *The gospel according to S. John translated from the eleven oldest versions except the Latin*, Londinii a. 1862.

Petermannus edidit¹ epistolam ad Philemonem anno 1844 ex editione anni 1816.

CODICES GEORGIANI.

Scholzius² atque Tischendorfius referunt de codicibus Georgianis in monasterio sanctae Crucis prope Hierosolimam servatis, Malanus de codicibus monasterii Etchmiadzinensis sub montem Ararat siti.

1. Romae Vat. Clem. Assem. 1, p. 587 a, num. 2.
saec. ?, in 4, membr, foll. 303: *Erv.*
2. Romae Vat. Clem. Assem. 1, p. 587 a, num. 3.
saec. ?, in 4, chart, foll. 178: *Erv.*
3. Romae Vat. Iber. 1.
saec. ? („antiqu.“), in 4, membr: *Erv.* Cf Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 5, Romae a. 1831, paginarum series altera, p. 242.

(6.) PERSICAE.

Persae iam primis ecclesiae temporibus evangelium receperunt, et veri simile est eos etiam versionem propriam habuisse, quamquam traditur eos versione Syriaca usos esse. Nihilominus habemus hodie teste Stephano Evodio Assemano versiones evangeliorum (Novi Testamenti, etiam Veteris Testamenti si Pentateuchum excipis) solas duas, vel, si novissimam addis, tres, easque tempore satis

¹ Petermann, *Pauli epistula ad Philemonem speciminis loco ad fidem versionum orientalium veterum una cum eorum textu originali Graece edita*, Berolini a. 1844, liber metallo expressus.

² Scholzius dicit de codicibus quadringentis, quorum plerique libros sacros contineant, *Bibl.-krit. Reise*, Lipsiae et Soraviae a. 1823, p. 148.149. Cf Tischendorfius, *Reise in den Orient*, Lipsiae a. 1846, vol. 2, p. 69.

recenti confectas, unam ab incerto auctore e Graeco, alteram anno circiter 1341 a Simone, filio Iosephi Altabrizi seu Taurinensis, Persa Christiano concinnatam e Syriaco, tertiam anno circiter 1739 (ineunte anno 1740) iussu Shah Nadir Persarum imperatoris in urbe Ispahan elaboratam e Latino.¹ Quare in consilium vocentur in quaestionibus criticis tractandis prorsus nescio.

Versionem e Graeco saeculo ut videtur quarto decimo factam edidit Abrahamus Whelocus² (unde *pers^w* vel *wh^e*), quo (a. 1654) mortuo opus ad finem perduxit Piersonius anno (Mt 1652)1657, „conlatis codicibus tribus ex Oriente in academias utrasque Anglorum perlatis.“ Unus Oxoniensis videtur teste Scrivenero Laud. A. 96 fuisse; alter Cantabrigiensis erat Gg. V. 26 anno 1607 scriptus; tertius horum codicum erat Oxoniensis Pocockianus 128 (cf infra cod. 3)³ anno 1341 scriptus qui versionem e Syriaco haustam exhibet, quo codice usus est etiam Waltonus (cf supra, p. 220) in bibliis *pers^p* suis polyglottis (unde *pers^p*), additis Samuelis Clerici versione Latina et Thomae Gravii notis. Tischen-

¹ De tertia hac versione refert B. Dorn, *Bulletin de la classe historico-philologique de l'académie imp. des sciences de St. Pétersbourg*, vol. 5 (a. 1848), num 5.6(101.102), col. 65—82. Videtur Dornius codices musei Asiatici academiae Petropolitanae alterum numeris 387—392, alterum num. 392a signatos adhibuisse; cf *Catalogue* (ut supra, p. 877, cod. 35), p. 243. Cf etiam Le Long-Masch, *Biblioth. saera*, pars 2, vol. 1, p. 164.

² Whelocus, *Quatuor evangeliorum . . . versio Persica, Syriacam et Arabicam suavissime redolens, ad verba et mentem Graeci textus fideliter et venuste concinnata codd. tribus mss ex oriente in academias utrasque Anglorum perlatis, operose invicem diligenterque collatis per A. W.* Londinii a. 1657.

³ *Catalogi librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae in unum collecti*, Oxonii a. 1697, tom. 1, pars 1, p. 275, Bodl. XI, 5453. Scrivenerus testatur codicem alium evangeliorum Persicum, olim archiepiscopi Bancrofti, postea Lambethanum, inde ab anno 1646 Cantabrigiensem fuisse.

dorfius hausit lectiones Waltoni Persicas ex libro Christophori Augusti Bode.¹

CODICES PERSICI.

Anglia.

1. Cantabrigiae collegii s. Emanuelis MS. 64.
chart: *Erv.* Cf *Catalogi librorum mss Angliae et Hiberniae*, Oxonii a. 1697, vol. 1, pars 1, p. 90b.
2. Cant. univ. Gg. V. 26.
a. 1607: *Erv.* Cf supra, p. 924.
3. Oxonii Bodl. Pocock. 241 (Ethé 1835).
a. 1341, 21.8<15, chart, foll. 170: *Erv* e Syriaco.
Versio eadem est atque apud Waltonum (cf supra, p. 220), qui plura de hoc codice tradit, vol. 1, prolegomena, p. 102. Cf (Eduardus Sachau et) Hermannus Ethé, *Catalogue of the Persian... MSS in the Bodleian library (Cat. codd. mss. bibl. Bodl. pars XIII)*, pars 1, Oxonii a. 1889.
4. Oxonii Bodl. Orient. 189 (Ethé 1836).
saec.? (rec): *Mt* eiusdem versionis atque quam codex 3 (Ethé 1835) continet; addita est versio Latina.
5. Oxonii Bodl. Laud. Or. 2 (Ethé 1837).
saec. ? : *Erv* versionis eiusdem atque quam I. Aumer (cf infra, cod. 17, Monac. 41d), p. 133, num. 340 habet. Fuitne hic codex olim Laud. A. 96 (cf supra, p. 924) ?
6. Oxonii Bodl. Orient. 587 (Ethé 1838).
saec. ? : *Erv.* Versio eadem atque quae in codice 5 (Ethé 1837) exstat.
7. Oxonii Bodl. Hyde 12 (Ethé 1839).
a. 1722: *Erv.* Eadem versio atque cod. 6 (Ethé 1838).

¹ Bode, *Evangelium [Mt Me Le Ioh] ex versione Persici interpretis in bibliis polyglottis Anglicis editum ex Persico idiomate in Latinum transtulit simulque de Persica quatuor evangeliorum versione generatim praefatus est* C. A. B. Helmstadii 1750 et 1751 quatuor partibus.

8. Oxonii Bodl. Elliott. 13 (Ethé 1839).
 saec. ? (rec): *Err.* Haec versio differt ab aliis in
 codicibus Bodleianis contentis, etiam a versione cura Henrici
 Martyn annis 1811.1812 facta, quae in codicibus Elliott. 14
 (Ethé 1833) et Ouseley Add. 66 (Ethé 1834) inest.

Austria.

9. Vindobonae bibl. caes. 49.
 saec.?, in 4, chart: *Psalmi Err.* Cf Nesselius, *Catalogus
 bibliothecae caesareae manuscriptorum, Vindobonae et Norim-
 bergae a. 1690, pars VII, p. 151 a.*
10. Vindobonae bibl. caes. Flügel. 1550, foll. 105—201.
 saec. XVIII?, in 8: *Err* ex Gallico versa. Cf Flügel,
*Die arabischen, persischen und türkischen Handschriften
 der . . . Hofbibliothek zu Wien, Vindobonae, vol. 3 (a. 1867),
 p. 11. Iosephus de Hammer, Codices Arabicos Persicos
 Turcicos bibl. . . Vindobon. recensuit I. de H. Vindobonae
 a. 1820, p. 60, num. 546, caput Matthaei secundum ex
 hoc codice edidit.*

Batavia.

11. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 675 Warn. (Goeje 2393).
 saec. ? : *Err.* Cf v. cl. M. I. de Goeje, *Catalogus
 orientalinum bibliothecae academicae Lugduno-Bataruae, vol. 5,
 Lugduni Batavorum a. 1873, p. 90.*
12. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 701 Warn. (Goeje 2394).
 saec. ? : *Err* non eiusdem versionis atque cod. 11
 (675 Warn.).
13. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 291 Warn. (Goeje 2395).
 saec.?: *Err* eiusdem versionis atque cod. 12 (701 Warn.).

Gallia.

14. Paris. bibl. nat. Pers. 2. [vol. 1, p. 269.
 saec. ?, in fol, chart: *Err.* Cf *Cat. Paris. a. 1739,*
15. Paris. bibl. nat. Pers. 3.
 saec. XIII, in fol, chart: *Lc.*
16. Paris. bibl. nat. Pers. 4.
 a. 1663, in 8, chart: *Err.*

Germania.

17. Monaci bibl. reg. MS. orient. 41d (Anmer. 340).
a. 1804, 28 < 22, chart, foll. 291, ll. 11: *Err.* Textus non consentit cum textu in Waltoni polyglottis. Scriptus manu Mîrzâ 'Abdallah (in usum viri Anglici West). Anno 1838 emptus. Cf *Cat. codd. mss bibl. reg. Monacensis, tom. 1, pars 3, codd Persicos complectens* [etiam sub titulo: *Die persischen Handschriften . . . beschrieben von Joseph Aumer*], Monaci a. 1866, p. 133.

Italia.

18. Flor. Palat. Med. 17.
saec. XVI: *Err* mut; „epitome harmoniae quattuor evangeliorum ex mente Eusebii Pamphili“; prooemia quattuor in N. T. et commentarius in Ioh auctore Stephano, Armeniorum patriarcha, qui et hunc codicem scripsit; de Stephano et de versionibus Persicis cf Assemanus, *Bibl. Med. Laur. et Pal. codd. mss. orientt.* Florentiae a. 1742, p. 60.61. Codex hic est versionis antiquae e Syriaco haustae.
19. Flor. Palat. Med. 19.
recens: *Mt* Pers e Graeco.
20. Flor. Palat. Med. 23.
recens: *Mt* Pers e Syriaco.
21. Flor. Palat. Med. 33.
saec. ? : *Err* Pers.
22. [Rom. Vat. Pers. 1: *Err* e Gallico vel Latino.]
Romae Vat. Pers. 2.
23. saec. XVI, in fol, serie, foll. 113: *Err.* In regione Golcondae scriptus. Cf Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 4, Romae a. 1831, p. 630.
24. Romae Vat. Pers. 3.
a. 1592, in 4, chart, foll. 60: *Matt.* Alepi scriptus.
25. Romae Vat. Pers. 4 olim, 1 olim, Lat. 3774.
a. 1312, in 8, chart, foll. 80: *Matt.*
26. Romae Vat. Pers. 56.
saec. XV, in 8, chart, foll. 217: *Err.*

Russia.

27. Petropoli bibl. caes. Orient. 248.
 a. 1318, in 8, chart(?), foll. 211: *Evv.* Textus non consentit cum textu in polyglottis Londinensibus (cf supra, p. 220). Olim Eusebii Renaudot, deinde Dubrowskii. Cf *Catalogue* (ut supra, p. 877, cod. 35), p. 241—243 ubi pauca ex codice exhibentur. De codicibus duobus musei Asiatici academiae Petropolitanae, vide supra, p. 924, adn. 1.

(7.) ARABICAE.¹

Quo tempore primum exstiterit versio Arabica omnino nescimus. Vestigia versionum Arabicarum ante Moham-medis tempora confectarum desunt, negavitque Iohannes Gildemeisterus² versiones innotuisse iis qui desertum incoluerunt, quamquam concedit regni Ghassanidarum Arabes doctiores ad hoc opus idoneos fuisse. Videntur tamen versiones non multo post illud tempus factae esse cum codices habeamus qui ante annum 850 scripti esse putantur. Paulus de Lagarde,³ vir de linguis orientalibus optime meritus, ita

¹ De versionibus Arabicis conferendi sunt Hugii liber *Einleitung* etc. ed. 4, Stutgardiae et Tubingae a. 1847, vol. 1, p. 378—402; — et liber Iohannis Gildemeisteri *De evangeliiis in Arabicum e simplici Syriaca translatis*, Bonnae a. 1865; etiam Gildemeisteri *Catalogus manuscriptorum Arabicorum bibliothecae Bonnensis*, Bonnae a. 1873, fasc. 4, p. 64, adn.*; — praeterea verba Cornelii V. A. Van Dyck, Americani, a v. cl. Isaaco H. Hall publici iuris facta, *Journal of the American Oriental society*, vol. 11, num. 2, Novo Portu (New Haven) a. 1885, p. 276—286; — denique v. cl. Martinus Klamroth, *Der Auszug aus den Evangelien bei dem arabischen Historiker Iacqûbi. Dissertatio festalis gymnasii Guilelmiani*, Hamburgi, a. 1885, p. [117.118] et v. cl. Ignatius Guidi, „Le traduzioni degli Evangelii in arabo e in etiopico“ in actis *Atti della R. accademia dei Lincei* (cf supra, p. 894, adn. 1), series quarta, vol. 4, p. 5—37.

² Gildemeister, *De evv. in Ar. e simpl. Syr. transl.* p. 30.31.

³ Lagarde, *De novo testamento ad versionum orientalium fidem edendo*, Berolini a. 1857, p. 3; conferenda est dissertatio eadem

de hac re loquitur: „arabicam versionem quae in orientis regionibus facta sit (ni fallor) unam tantum habemus, eam vero ad trium nationum usus accommodatam;“ — postea addit haec de versionibus Arabicis: „quarum ratio eadem mihi esse videtur quam recensio­num latinarum esse Nicol. Wisemanus ostendit.“ Evangelia quoad hodie typis expressa sunt textum plerumque eundem exhibent¹ et e Graeco textu versa sunt, sed ita ut hic illic cum textu Syriaco vel cum Memphitico concinant.² Versio alia item e Graeco facta invenitur in codice Vaticano Arab. 13, de quo Scholzius disseruit; minus accurata est multis vel omissis vel additis; videtur³ a Daniele Philentolo incohata, ab eius filio Gabriele Philokalo ad finem perducta esse in urbe Emesa. Exstat in codice a Tischendorfio ex oriente Petropolim lato evangeliorum versio Arabica e Syriaco Peshitta textu facta, qua de versione Gildemeisterus fusius egit.⁴ Libros alios e Graeco textu versos exhibent biblia polyglotta Parisiensia, unde etiam Londinensia, e codice „quem ex Aleppo adduci curaverat R. P. Ioseph Carmelita“; Act Paul Cath teste Hugio ab uno interprete eoque Africano versa sunt, Apoc videtur alium interpretem habuisse. Act Cath Paul e Graeco versa reperiuntur etiam in illo

in libro *Gesammelte Abhandlungen*, Lipsiae a. 1866, p. 90, adnotatione addita.

¹ Fabulas de evangeliiis e Vulgata Latina in Hispania versis, quas Iuynbollius anno 1838 accepit, exposuit Gildemeisterus (*De err. etc.* p. 42—48 et p. iii), qui monstravit codicem Franqueranum editionis Romanae apographum esse, Ioannem Hispalensem translationem non fecisse.

² Cf Hugius, *Eiul.* p. 379—393.

³ Abulfaragius Abdalla Ben Altib versionem ut videtur utriusque Testamenti commentariis suis inseruit; erat e Syriaco. Cf Hugius, *Eiul.* p. 385; Gildemeisterus, *De err.* p. 36.

⁴ Cf Hugius, *Eiul.* p. 381—385. Vide etiam codicem Londinensem mus. Brit. Harl. 5474, anno 1288 scriptum, [Cureton] *Catalogus codd. mss. orientt.* etc, pars 2, Londinii a. 1846, p. 16 b.

codice Vaticano quem iam nominavimus. Act Paul Cath Apoc e Syriaco textu versa exhibentur in editione Erpenii (cf infra) e codice Leidensi cum lectionibus ad Act Paul Cath e codice ut videtur Oxoniensi; Act Paul Iac 1 Pet 1 Ioh sunt e Peshitta versione; 2 Pet 2.3 Ioh Iud Apoc videntur ex alia versione Syriaca, fortasse (quod putat Hugius) hodie ignota, hausta.¹

Edita² est versio evangeliorum Arabica primum Romae (unde ar^r vel r^o) anno 1590 (ad finem subscribitur annus 1591), et iterum eodem anno cum interpretatione interlineari Latina ab Antonio Sinaita facta; cum novis titulis denuo venum datus est liber annis 1619 et 1774; editor fuit Raimundus. Anno 1612 Lugduni Batavorum prodiit epistula ad Titum cum Iohannis Antonidæ Alemariani interlineari versione Latina, et eodem anno Iohannis epistolæ tres cum versione Wilhelmi Bedwell Latina, anno 1615 epistula ad Romanos et epistula ad Galatas, anno 1616 Novum Testamentum integrum cura Erpenii (unde ar^e vel^{er}) e codice³ anni 1342 (1343), qui videtur e codice Florentino 101 (cf infra, p. 942, cod. 90) transcriptus esse⁴; hunc codicem Scaligeri contulit Franciscus Raphelengius in usum Erpenii cum alio codice in Act et Epp; Erpenius ipse videtur conlationem illius codicis cum codicibus ei

¹ Sententia Steph. Evod. Assemani exstant interpretationes Novi Testamenti Arabicae modo duæ, a. Alexandrina e Graeco facta qua utuntur Melchitæ et Coptitæ, quæ in Polyglottis Parisiensibus et Londiniensibus impressa est, — b. Antiochena e Syriaco facta qua utuntur Syri Nestoriani, Chaldaei, Iacobitæ, Maronitæ, quæ ex codice Flor. Palat. Med. 2 anno 1703 Romæ prodiit.

² De editionibus conferendus est Ioh. Gildemeisterus, *De evang.* etc. p. iii. 42.43 adn. et *Catal.* p. 64 adn.; — item Lagardius (ut infra, p. 936, cod. 36), p. IX—XI; — I. Th. Zenkerus, *Bibliotheca orientalis*, Lipsiæ a 1846, p. 184—190.

³ Vide infra, p. 937, cod. 43.

⁴ Erpenii textum invenies etiam in evangeliiis Coptico-Arabiciis a societate biblica Londinii a. 1829 publici iuris factis.

propriis curasse.¹ Anno 1645 foris data sunt biblia polyglotta (unde ar^u vel ^{uo}) Parisiensia quae textum evangeliorum Arabicum ex editione Romana vel etiam e codicibus reg. (nat.) 27 et Coisl. 239 (cf infra, p. 939, codd. 62 et 65) hauserunt, aliorum librorum e codice „quem ex Aleppo adduci curaverat“ Iosephus Carmelita (cf supra, p. 929). Haec Parisiensia secuti sunt editores biblicorum polyglottorum Anglicorum anno 1657; ex his, nonnullis propter societatis biblicae regulas mutatis, haustus est textus editionis Novi Castellii annis 1811 et 1816. Editio biblicorum Romae anno 1671 publici iuris facta impressa est teste Zenkero iam anno 1650 (anno 1820 Londinii N. T. ex hac editione prodiit), anno vero demum 1860 teste Lagardio iterum Londinii typis mandata. Prodiit Romae a. 1703 cura Fausti Naironi N. T. Carshunice et Syriace, e codice Cyprio, non e codice Mediceo; repetita est haec editio in usum societatis biblicae cura Sacii Parisiis anno 1827. Editiones evangeliorum Halabi anno 1706 (et evangeliarum Halabi a. 1706), Negriana (a Negrio non adulterata) Londinii a. 1727, evangeliarum Mar Hannae anno 1776 publici iuris factae textum paene unum praebent eumque e eodice vel codicibus alibi non adhibitis. Teste Steph. Evodio Assemano² adulterini sunt multi loci in editione Novi Testamenti Arabica Londinii a. 1725 cura Charmel mercatoris Anglici facta. Prodiit anno 1816 Calcuttae Novum Testamentum.³ Quam paraverunt editionem Coptico-Arabicam Tattamus et Curetonus Londinii annis 1847—1852 hauserunt ex editione Shuairensi anni 1776, hic illic verba

¹ Lagardius (ut infra, cod. 36), p. XX, adn.*, dicit Erpenii codices venum datos Cantabrigiam missos esse. Suntne hodie Cantabrigiae? Exemplar unius codicis scriptum erat manu Nesiulaman filii Azalkefati.

² Assemani, *Bibl. Med. Laur. et Pal. codd. mss. orient.* Florentiae a. 1742, p. 65.

³ Exemplar Lipsiense dicit in fronte „cura N. Sabat“.

Copticis similia, e codice apud Coptorum patriarcham adservato hausta, inserentes. Anno 1864 edidit Lipsiae v. cl. Paulus de Lagarde evangelia Arabice e codice Vindobonensi.¹ Tischendorfius in lectionibus Arabicis conligendis usus est etiam exemplari N. T. Graeci a Millio et Kustero editi manu Christiani Benedicti Michaelis notis instructo quae lectiones Erpenii saepe praebebant, unde signum *mich*; hoc N. T. acceperat e bibliotheca Orphanotrophei Halensis.

CODICES ARABICI.

Anglia.

1. Cantabrigiae bibl. univ. G. 5.27.
a. 1285: *Evv.* ?
2. Cantabrigiae bibl. univ. G. 5.33: *Evv.*
3. Londinii collegii Gresham, MS. Norfolkianus 494.
Evv Arab. Cf *Catalogus librorum mss. Angliae et Hiberniae*, Oxonii a. 1697, p. 83b.
4. Londinii collegii Gresham, MS. Norfolkianus 516.
Cath Arab litt Syriacis.
5. Lond. mus. Br. Arundel. Orient. 7 (Forshall. Carshun. 2).
a. 1609.1610: *Paul (Phm Hebr) Act Iac 1 Pet 1 Ioh.*
Manu Cyriaci monachi et presbyteri, filii monachi Abdalcarimi ex castro Mansuri prope Mardam. Titulus epistulae Iacobi incipit: „epistula prima ex epistulis *septem* catholicis.“
6. Lond. mus. Brit. Arundel. Orient. 20 (Cureton. 11).
a. 1280, in 4, chart, foll. 154; praefatio generalis in evangelia, Eus-tab, prol., capp-tab (Mt 93 Mc 54 Lc 86 Ioh 46), subser, syn: *Evv.* Scriptus Damasci in aede dominae Copto-Aegyptiae e codice Arabico scripto manu abbatis Akhristátuli (Christoduli) metropolitae urbis Dimyát (Damiatae) noti nomine Ibn Aldahíri. Synaxarium sequitur ordinem anni Coptici, incipit inde a mense Thoout, praebet

¹ Cf infra, p. 936, col. 36.

quae legi debent diebus festis, ieiunio sancto, sabbatis, dominicis, feriis quartis et sextis. Cf (Curetoni) *Catalogus codd. mss. orientt. qui in Museo Britannico asservantur, pars 2, codd Arr amplectens*, Londinii a. 1846.

7. Lond. mus. Brit. Add. 11,856 (Cureton. 12).
a. 1337, in 4, chart, foll. 205; arg in Mt, capp-tab, subscr, piet: *Erv*. Scriptus manu diaconi Yasuf filii Waliy-'uldaulah Mikbáil, filii doctoris Fašl-'ullah, noti appellatione Scribae Thesauri. Olim collegii de propaganda fide ex dono Petri Boydam archiepiscopi Scuporum.

8. Lond. mus. Brit. Add. 9061 (Cureton. 13).
saec. XV, in 4, chart, foll. 154, caractere occidentali scriptus; prol ex Hier, capp (Mt 28 sed non hodierna ut vid, Mc 13, Lc 21, Ioh 14): *Erv*; mut. Post finem exstat synopsis librorum Aristotelis de physica auseultatione.

9. Lond. mus. Brit. Arundel. Orient. 19 (Cureton. 14).
a. 1616, in 8, chart, foll. 419; capp (Mt 101 Mc 54 Lc 86 Ioh 46 Act 48 etc), subscr: *Erv Act Paul* (Phm Hebr) *Cath* (septem ordine usitato) *Psalmi* et *Cantica*. Manu Taljah filii parochi Ĥúrán Alĥamawi. Post finem Act notitia de Paulo secunda vice nutu Neronis Romam ducto.

10. Lond. mus. Brit. Harl. 5474 (Cureton. 15).
a. 1288, in 4, chart, foll. 210; prol in Paulum sive vita Pauli, μαρτ ut vid, subscr: *Paul* (Phm Hebr) *Cath* (septem ordine usitato) *Act*. Post finem Act notitia de Paulo secunda vice nutu Neronis Romam ducto.

11. Lond. mus. Brit. Sloan. 1796 (Cureton. 16).
saec. XVII, in 12, chart, foll. 65: *Tit Phm* cum versione Latina.

12. Lond. mus. Brit. Add. 7086 (Cureton. 17).
a. 1398, in 4, chart, foll. 56: *Apoc*. Scriptus Alexandriae e codice ecclesiae patriarchalis dictae Almua'lacah. Ambrosius de Melita, episcopus Auriensis, codicem misit „ex civitate Cayri ad dominos reverendiss. Curiales sanctae Inquisitionis“.

13. Olim Marsdeni.
saec.?, in 4, chart?: *Ev.* Cf Guilelmus Marsden, *Bibliotheca Marsdeniana philologica et orientalis. A catalogue etc.* Londinii a. 1827, p. 301b.
14. Oxonii Bodl. Hunt. 615.
saec.?, in 8, chart, foll. 275: *Ev.* Arabice e Graeco versa, litteris autem rabbinicis. Cf Iohannes Uri, *Bibliothecae Bodleianae codicum mss. orientalium . . . catalogus*, pars 1, Oxonii a. 1787, codd. Hebr., p. 15, num. 79.
15. Oxonii Bodl. Maresc. 138.
a. 1579, in 8, chart, foll. 166: *Ev.* Arabice (?) Hierosolymis scripta. Cf Urius, cod. Syr. p. 5, num. 22.
16. Oxonii Bodl. Maresc. 426.
a. 1544, in fol, chart, foll. 204, coll. 2: *Ev. Act Cath septem Paul* (Phm Hebr) Arabice e Syriaco. Scriptus in urbe Hardin. Cf Urius, cod. Syr. p. 4, num. 15.
17. Oxonii Bodl. Marsh. 167 (Uri. Arab. 22).
saec.?, in fol, chart, foll. 288; capp Copt: *Ev.* „e Graccis, vel potius Copticis, codicibus expressa“. Cf Urius (ut cod. 14), paginarum series altera, p. 32a.
18. Oxon. Bodl. Seld. 3202. A. 69 (Uri. Arab. 23).
a. 1326, in fol, chart, foll. 230; capp Graec: *Ev.* e Coptico. Scriptus in Aegypto, in monasterio Shahrani.
19. Oxon. Bodl. Arch. Seld. A. 68 (Uri. Arab. 24).
a. 1285, in fol, chart, foll. 238; syn: *Ev.* e Coptico cum glossis Copticis.
20. Oxon. Bodl. Hunt. 118 (Uri. Arab. 25).
a. 1259, in fol, chart, foll. 330; Eus-tab in calce, prol Copt: *Ev.* cum glossis Copticis.
21. Oxon. Bodl. Hunt. 262 (Uri. Arab. 26).
vetus, in fol, chart, foll. 262: *Ev.* cum catena. Anno 1575 positus erat in bibliotheca Abu Musae monachi.
22. Oxon. Bodl. Laud. A. 132 (Uri. Arab. 27).
saec.?, in fol, chart: *Paul* (Phm Hebr) 1. 2. 3 *Ioh* 1. 2 *Pet Iud Iuc.*

23. Oxon. Bodl. Seld. 3203 (Uri. Arab. 28).
saec. ?, in 4, chart, foll. 288: *Paul* (Phm Hebr)
Cath (ordine usitato) *Act* e Coptico. Scriptus in mona-
sterio s. Antonii.
24. Oxon. Bodl. Marsh. 575 (Uri. Arab. 29).
a. 1256, in 4, chart, foll. 215: *Erv.*
- 24a. Oxon. Bodl. Laud. A. 70 (Uri. Arab. 30).
saec. XVII (?), in 4, chart, foll. 70: *1. 2. 3 Ioh* cum
praefatione et versione Bedwelli (cf supra, p. 930).
25. Oxon. Bodl. Laud. A. 61 (Uri. Arab. 31).
saec. ?, in 4, chart, foll. 160: *Erv.*
26. Oxon. Bodl. Hunt. 366 (Uri. Arab. 32).
a. 1478, in 8, chart, foll. 180; Eus-tab, prol: *Erv.*
27. Oxon. Bodl. Hunt. 571 (Uri. Arab. 33).
saec. ?, in 8, chart, foll. 60: *Apoc* cum paraphrasi.
28. Oxon. Bodl. Laud. A. 2 (Uri. Arab. 34).
saec. ?, in 8, chart, foll. 12: *1 Thess.*
29. Oxonii Bodl. Orient. 265 (Nicoll. 14).
a. 1348, in fol, chart, foll. 174; prol: *Erv.* Versio
est Erpeniana. Cf Alexander Nicoll, *Bibl. Bodleianae codd.*
ms. orientalium catalogus, pars 2, vol. 1, Oxonii a. 1821,
p. 16b—19a, num. 14.
30. Oxonii Bodl. Orient. 299 (Nicoll. 15).
a. 1564, in fol, chart, foll. 175; prol, capp-t: *Erv.*
Nicollus orationem dominicam et initium Lucae exhibet.
31. Oxonii Bodl. Orient. 301 (Nicoll. 16).
a. 1705, in fol, chart, foll. 118: *Erv.* Non consentit
cum impressis.
32. Oxonii Bodl. Canonie. Orient. 129 (Nicoll. 17).
a. 1284, in fol, chart, foll. 210; Euth, syn: *Paul* (Phm
Heb) *Cath Act*. Consentit fere cum textu Erpeniano.
33. Oxonii Bodl. Orient. 333 (Nicoll. 18).
saec. XVIII, in fol, chart, foll. 100: *Paul* (Phm Heb)
Cath Act 1,1—14,26. Eadem manu qua codex 31
(Orient. 301). E Syriaco versus.

34. Oxonii Bodl. Orient. 549 (Nicoll. 19).
a. 1492, in 4, chart, foll. 266: *Edl.* Textus cum editis non consentit.

35. Oxonii collegii Reginensis MS. 351.
saec. XVI, in 4, chart, foll. 408: *N. T.* excepta Apocalypsi.

Austria.

36. Vindobonae bibl. caes. Lambec. Or. 43 (Nessel. 44, A. F. 97, Hammer. 545, Flügel. 1544).
saec. Lagard. XIV, Flügel. VIII vel IX, in 8, chart, foll. 217, ll. 16; Eus-t, prol, vitae evangelistarum, capp-tab, capp (Mt 101, Mc 54, Lc 86, Ioh 46), *στίχ:* *Ev.* Lectiones variae e textu Aegyptiaco, Syriaco, Graeco (? vide Lagardium p. XI) ad marginem adscriptae sunt. Olim Seb. Tengnagelii, qui a. 1605 codicem bibliothecae legavit. Cf Petrus Kirstenius, *Vitae ev'itarum* . . . Breslae a. 1608, et *Notae in evang. s. Matt.* . . . Breslae a. 1611; Petrus Lambecius, *Commentarii de . . . bibliotheca caesarea Vindobonensi*, Vindobonae a. 1665, liber 1, p. 171—173; Daniel de Nesselius, *Catalogus bibliothecae caesareae manuscriptorum*, Vindobonae et Norimbergae a. 1690, *pars VII* [orientt.], p. 150b. 151a; Iosephus de Hammer, *Codices Arabicos Persicos Turcicos bibl. caes.-reg. Palat. Vindobon. recensuit* I. de H. Vindobonae a. 1820, p. 60.61 (cur Hammerus de Act et 2 Cor codicis dicat, nescio); Gustavus Flügel, *Die arabischen, persischen und türkischen Handschriften der . . . Hofbibliothek zu Wien*, Vindobonae, vol. 3 (a. 1867), p. 6. Paulus de Lagarde totum edidit, *Die vier Evangelien arabisch aus der Wiener Handschrift herausgegeben*, Lipsiae a. 1864; hic liber prolegomenis uberrimis instructus est.

37. Vindob. caes. Flügel. 1545: saec. XIII vel XIV, foll. 47: fragm ex *Mt Mc*.

38. Vindob. caes. Flügel. 1546 et 1547: saec.?, foll. 18: fragm ex *Mc* et *Lc*.

Batavia.

39. Amstelodami societatis Remonstrantium MSS. 190 et 189 (Goeje 2793 et 2794).

Praebet prior *Err* (Erpeniana) alter *Apoc* Arabice manu Europaea scriptam. Cf v. cl. M. I. de Goeje, *Catalogus codicum orientaliū bibliothecae academicae Lugd.-Bat.* vol. 5, Lugduni Batavorum, a. 1873, p. 310.

40. Leovardiae (Leuwarden) MS. Arab. 5 (Goeje 2785).
a. 1610: *Err* ex versione Erpeniana. Codex fortasse ex editis exscriptus Amstelodami, manu Abdo-'l-Aziz ibn Mohammed in usum Iohannis Paget, fuit Iacobi Rhenferdii († 1712), deinde academiae Franequeranae. Cf Lagardius (ut cod. 43), p. IX.X adn., et Goeje (ut cod 39).

41. Lugduni Batavorum acad. scientiarum (Iong. 142).
saec.?, in 4, chart, foll. 360; Euth: *Paul* (Tit [Phm?]
Hebr) *Cath Act*. Textus consentit cum Erpeniano. Anno 1597 fuit Iohannis Boreel Middelburgensis, postea Walraveni, deinde Willmeti. Videtur iam anno 1654 bibliothecae universitatis Ludg.-Bat. fuisse. Ex hoc codice emendarunt Nisselius et Petraeus 1.2.3 Ioh Iud, quas epistulas anno 1654 ediderunt. Cf v. cl. P. de Iong, *Catalogus codd. orient. bibl. acad. regiae scientiarum . . .* Lugd. Bat. a. 1862, p. 180—183.

42. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 243 Scaliger (Goeje 2368).
cf supra, p. 695, Evl 6. „Versio evangeliorum eadem est ac Erpeniana.“ Cf Goeje (ut cod 39).

43. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 217 Scaliger (Goeje 2369).
saec. XV(1342?): *N. T.* Ordo est *Evv Paul Cath Act Apoc*. Ex hoc codice edidit Erpenius Novum Testamentum (cf supra, p. 930). Lagardius contulit cum codice Vindobonensi, *Die vier Evangelien arabisch*, Lipsiae a. 1864, p. XX—XXXI; nihil de illo anno dicit, vix tamen putat codicem anno 1400 anteriorem esse.

44. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 619 Warn. (Goeje 2370).
saec.?: *Err*. Hoc codice „antiquo“ Lagardius non usus est.

45. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 214 Scaliger. (Goeje 2371). saec. XVII ? : capita 26 ex *Matt*, 9 ex *Mc*; eadem versio, ut videtur, atque in cod. 43 (Scal. 217) Fortasse in Hollandia scriptus (cf Lagarde [ut cod. 43], p. IX, adn.). Fuit Raphelengii.
46. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 255 Scaliger. (Goeje 2372). a.1582: *Leet Ioh* Eadem versio atque in cod.43(Scal.217).
47. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 218 Scaliger. (Goeje 2373). saec. XVII ? : *Mc*. Eadem versio atque in cod. 43 (Scal. 217). Olim Raphelengii.
48. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 223 Scaliger. (Goeje 2374). saec. XV: *Err*. Versio eclecticica. Cf Lagarde (ut cod. 43), p. XVIII—XIX.
49. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 225 Scaliger. (Goeje 2376). a. 1179: *Err*. De versionis indole cf Goeje. Lagardius (ut cod. 43), p. XIX.XX, textum, quare nescio, non curiosius examinavit.
50. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. Orient. 1571 (Goeje 2377). a. 1331, pict: *Err*. Versio eadem atque in cod. 49 (225 Scal). Olim Palmii.
51. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 561 Warn. (Goeje 2378). saec. ? : *Err*. Versio ab eis quae in ceteris codicibus Lugdunensibus inveniuntur differt. Textus divisio Syriaca est.
52. Lugd. Bat. bibl. acad. MS. 252 Scaliger. (Goeje 2380). saec. ? („recens“): *Apoc*, non versionis Erpenianae. Schultensianus MS. Orient. 1.
53. a. 1331, in 4, membr, foll. 216; pict: *Err* deest Mt 2,12—23. In fine addita sunt diversa ad venerationem Mariae spectantia. Cf *Catalogus librorum ac mss. bibliothecae Schultensianae, qua, dum in vivis erat, usus est Ioh. Heinv. van der Palm . . .* [Lugduni Batavorum mense Aprilis a. 1841, venum data est bibl.] p. 185.186.308.309.
- Gallia.**
54. hug vel cop hug: Paris. bibl. nat. 17, olim 332. Copt-Arab, cf supra, p. 880, cod. 8; Hugius, *Einl.*

ed. 4, Stutgardiae et Tubingae a. 1847, pars 1, p. 386--388, Philem ex hoc codice edidit; textus est ex Memphitico.

55. Paris. bibl. nat. Arab. 21.
a. 1340, in fol, chart: *Paul Iac 1* (et 2?) *Pet Iud Act* Arabice; e Coptico versus et ad vetustos codices Syriacos emendatus est textus. Cf Scholzius, *Reise*, p. 51.59.

56. Paris. bibl. nat. Arab. 22.
saec. ? , in fol, chart: *Paul Cath* (septem ?) Arabice e Coptico versae et ad vetustos codices Syriacos emendatae, *Act* Arab. Cf Scholzius, *Reise*, p. 51.59.

57. Paris. bibl. nat. Arab. 23.
saec. ? , in fol, chart: *Apoc* Arabice e Graeco; sequitur comm in *Apoc* in quo saepe Hippolytus Portuensis laudatur.

58. Paris. bibl. nat. Arab. 24.
saec. ? , in 4, chart: *Ioh*.

Paris. bibl. nat. Arab. 24 A.

59. a. 1545 (1262 ?), in 4, chart; prol: *Evv*.

Paris. bibl. nat. Arab. 24 B.

[59 a. saec. XVII: *Evv* manu Abulmauvahheb Iaacub Maronitae († 1692) versa.]

60. Paris. bibl. nat. Arab. 25.
a. 1583, in 4, chart: *Act Paul Cath*. Cf Scholzius, *Reise*, p. 51.60.

61. Paris. bibl. nat. Arab. 26.
saec. ? , in 4, chart: *Apl* in dies festos in usum Melchitarum.

62. Paris. bibl. nat. Arab. 27.
saec. ? , in 8, chart; Eus-t, prol: *Evv* ut videtur e Coptico versa ad Syriacum vero et Graecum emendata.

63. Paris. bibl. nat. Arab. 27 A: *Ioh*

64. Paris. bibl. nat. Arab. 74: a. 1645: *Evv*.

65. Paris. bibl. nat. Coisl. 239: *Evv*.

66. Paris. bibl. nat. Coisl. 244: a. 1330: *Act Epp*. Cf Scholzius, *Reise*, p. 51.60.

67. Paris. bibl. nat. Suppl. Syr. 11 (Zot. 61).
a. 1746, in 4, chart, foll. 58: lectiones in dies festos
e *Paul*. Cf vir cl. H. Zotenberg, *Catalogues des mss
syriaques... de la bibliothèque nationale*, Parisiis [a. 1874].
68. Paris. bibl. nat. Copt. 42.
saec. ? , in 8, chart: *Apoc Arab*. Praecedunt preces
et cantica.

Germania.

69. diez: Berolini bibl. reg. Diezii.
a. 1265 (?), mut: *N. T.* e Syriaca simplici versum.
Cf Iulius Henricus Petermann, *Pauli epistola ad Philemonem
speciminis loco ad fidem versionum orientalium veterum nra
cum earum textu originali Graece edita*, Berolini a. 1844,
p. III. Metallo expressus est liber.
70. reg berol *vel* cop berol: Berolini bibl. reg.
Paul e Coptico. Cf Petermann (ut supra).
71. Dresdis bibl. reg. MS. Or. 9.
saec. XVII, in fol, chart, foll. 122: *Evv*. In Moldavia
scriptus. Teste Reiskio est textus familiae Erpenianae,
idoneus vero ad Erpenianum emendandum. Cf Iohannes
Iac. Reiske, „MSS CXXXV orientalium biblioth. elector.
Dresdensis catalogus“, in actis *Memorabilien*, a H. E. G.
Paulo editis, particula 4, Lipsiae a. 1793, p. 4.
72. Gothae bibl. ducalis MS. Or. Möll. 156.
saec. ? , litteris Syriacis scriptus: *Ioh* versionis
Erpenianae. Cf v. cl. Guilelmus Pertsch, *Die arabischen
Handschriften... zu Gotha*, Gothae, vol. 4 (a. 1883),
p. 563, num. 2889.
73. Gothae MS. Arab. 1707 d: cf supra, p. 840, num. 100.
74. Gothae MS. Arab. Möll. 145.146: *Mt Arab-Lat*
prorsus recens.
- 74a. Guelferbyti Orient. 31 et 32 Gud. Gr.
saec. XVI, in fol, chart: *Paul Cath Apoc*. Olim Parisiis.
75. Lipsiae bibl. univ. Tischend. 12.
saec. X vel XI, in 4, membr, foll. 130, Syr-Arab,

mut: *Erv* ex Syriaco versa. Cf Tischendorfius, *Anecdota*, a. 1855, p. 65.66. Ioh. Gildemeisterus commentationem uberrimam de hoc codice scripsit, *De evangelii in Arabicum e simplici Syriaca translatis*, Bonnae a. 1865.

76. Lipsiae bibl. univ. Tischend. 31.

sacc. IX, in 4, membr, foll. 2: *Mt* 10,9—11,4 et 14,13—15,2; teste Henrico Leberecht Fleischer sunt haec fragmenta versionis Arabicae ceterum ignotae, *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae a. 1854, vol. 8, p. 585 sq.; Tischendorf. *Anecdota*, a. 1855, p. 70.

77. Lipsiae bibl. univ. cod. Tischendorf. 27.

sacc. ?, in fol, chart, foll. 25: fragm *Paul* e Coptico versa.

78. lips: Lipsiae bibl. univ. Tischendorf. 37.

sacc. XIII, in fol, chart, foll. 13 (17): fragmenta ex *Paul* et *Cath*; textus *Paul* (non *Cath*) est Erpenii textui similis; a Tischendorffio in Europam latus, *Anecdota*, a. 1855, p. 71.

79. lips: Lipsiae bibl. univ. Tischendorf. 38.

sacc. XIII, in fol, chart, foll. 8: fragmenta ex *Paul* e Coptico versa; a Tischendorffio ex Oriente adlatus, *Anecdota*, a. 1855, p. 72.73. Fortasse cognati sunt ar^{hug} et ar^{berol}.

80. Monaci bibl. regiae cod. or. 41 (Aumeri 238).

a. 1393 vel 1394, 28×21, chart, foll. 97, col. 1, ll. 20: *Erv*. Si recte nos docet codex textum anno 946 opera Isaac ben Balishak (?) *Cordubensis versum esse, fluxit textus sine dubio ex Latino. Olim Widmanstadii fuit, qui fol. 1 dicit interpretationem esse diversam „a vulgata et usitata Arabum versione“. Cf Aumerus, *Die arabischen Handschriften der k. Hof- und Staatsbibliothek in München* (Catalogus etc, tomi primi pars secunda), Monaci 1866, p. 78.

81. Monaci bibl. reg. Quatremère 216 (Aumeri 239).

a. 1770, 21.5×15, chart, foll. 133, ll. 17: *Erv*. Manu Ieremiae episcopi Damasceni scriptus.

82. Monaci bibl. reg. Quatremère 480 (Aumeri 240.)
saec. XIX (?), 11.5 × 8.2, chart, foll. 210, ll. 15: *Ev.*
83. Monaci bibl. reg. cod. Arab. 240a.
saec. XIX (?), 33.5 × 22.5, chart, foll. 96, ll. 19:
fragmenta ex *Ev.* Cf *Verzeichniß der orientalischen Hand-*
schriften der k. Hof- und Staatsbibliothek in München
(Catalogus etc, tomi primi pars quarta), Monaci a. 1875,
p. 155, num. 947.

Italia.

84. Eugubii [Gubbio] bibliothecae communalis MS. 18.
saec. XVII: *Ev.* Cf v. cl. G. Mazzatinti, *Inventari*
dei manoscritti delle biblioteche d'Italia, Forlivii a. 1890, p. 122.
85. Flor. Palat. Medic. 2.
a. 1611: *Ev Paul* (Phm Hebr) *Cath* (7) *Apoc.* Versio
Carshunica, Arabica litteris Syriacis conscripta. Romae manu
Antonii filii Euphimiani, in usum Iohannis Raimundi
scriptus e tribus exemplaribus collegii Maronitarum.
86. Flor. Palat. Medic. 3.
saec. ? : *Rom 1.2 Cor Gal Eph.* Versio „Alexandrina“
teste Assemano. Hic codex est Scholzii Medic. 1, *Reise*,
p. 87.89—91, ubi pericopam e 1 Cor dat.
87. Flor. Palat. Medic. 9.
Act e Graeco: codex Raimundi, in quo Latinam
suam versionem inter lineas scripsit. Hunc codicem numerat
Scholzius, *Reise*, p. 87.89, Medic. 25.
88. Flor. Palat. Medic. 11: *Mt* e Graeco.
89. Flor. Palat. Med. 14.
saec. ? : *Paul* (Phm Hebr) *Luc 1.2.3 Ioh 1.2 Pet Iud*
Act e Coptico. Manu Iohannis in tribunali Alexandriae
urbis notarii scriptus.
90. Flor. Palat. Med. 20.
a. 1580: *Ev* e Copto. Patruus est codicis Lug-
dunensis 217 Scaligeri (vide supra, p. 937, cod. 43) ex
quo Erpenius a. 1616 *Ev* typis expressit. Nam codex 43
descriptus est ex exemplari „cuius descriptor ait se id

descripsisse ex alio exemplari emendato, exarato manu Ioannis episcopi Copton: qui Ioannes dicit se suum descripsisse ex emendatissimo exemplari, quod ediderat Nesiulaman, filius Azalkefati“. Teste Assemano elaborata est haec versio a Nesiulamano e Coptico ante saeculum undecimum. Est Scholzii Flor. Med. 101 anni 1272, cf Scholzius, *Reise*, p. 87.88.

91. Flor. Palat. Med. 24.
recens: *12 Tim Hebr Iuc 12 Pet Iud* e Graeco. Scriptus a Guilelmo quodam in usum Ioh. Bap. Raimundi. Videtur hic codex esse Medic. 226 apud Scholzium, *Reise*, p. 87.91.92.

92. Flor. Palat. Med 25.
saec. ? : *Evv* e Graeco. Haec evangeliorum versio prodiit typis Alepi a. 1706 sumptibus Athanasii Antiocheni, Graecorum Melchitarum patriarchae.

93. Flor. Palat. Med. 29.
saec. ? : *Ajoe* e Graeco (Assem. teste; cf etiam supra p. 938, cod. 52, Lugd. 252). Estne hic Scholzii Medic. 410, *Reise*, p. 87.92.93, ubi pericopam dat?

94. Florentiae Medic. 61.
Act Epp. Scholzius, *Reise*, p. 87.88, lectiones paucas dat.

95. Mediolani Ambros. B. 20. 1.
saec. XV: Memph-Syr-Aeth-Arab-(Armen): *Epp.* Scholzius, *Reise*, p. 73.74, lectiones paucas ex Cath dat.

96. Romae bibl. Minervae IV, 187, in CC.
a. 1009.1010, in 4, chart: *Evv.* Scholzius, *Reise*, p. 132.133.

97. Romae bibl. Min. IV, 191, in CC.
saec. XI, in 4, chart: *Evv.* Scholzius, *Reise*, p. 132—135, textum huius codicis praeclarum laudat.

98. Romae Vat. 10.
a. 1717: *Mt.* Manu Clementis Caraccioli scriptus. Vide Assemanum, p. 634b, et Maium.

99. Romae Vat. 11. Caraccioli.
a. 1708: *Erv*; Scholzius, *Reise*, p. 117.128. Manu
100. Romae Vat. 12.
a. 1711: *Erv*; manu Clementis Caraccioli. Scholzius,
Reise, p. 117.127.128.
vat: (Paul) Romae Vat. Arab. 13 olim 71.
101. saec. VIII (ita Maius, alii IX), in fol, membr,
foll. 178, litteris Cuficis; *Mt* 1,1—28,11 *Mc* 5,19—16,8
Lc mut, *Paul* (Phm Heb). Textus bonae est notae. Manu
Iusti filii Leonis filii Abilualidi. Cf Assemanus, I, 1,
p. 629b, Scholz., *Reise*, p. 117—127 (Scholzius lectiones
varias nonnullas, nonnullas pericopas praebet); Hug., *Einl.*
§ 107, p. 450—452; Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova
collectio*, vol. 4, Romae a. 1831, paginarum series altera,
p. 11—13.
- 101a. [Romae Vat. Arab. 14 olim 1: saec. XII, in fol,
chart, foll. 123: *Diatessaron*.]
102. Romae Vat. Arab. 15 olim 17.
a. 1338 (Scholz. 1334), in fol, chart, foll. 135: *Erv*.
Scriptus in usum ecclesiae Copticae; olim Leonardi Abeli
episcopi Sidae. Cf Scholzius, *Reise*, p. 117.128.129.
Maius exhibet lectionum ecclesiasticarum notitiam ex hoc
codice: cf Maius, p. 15—34.
103. Romae Vat. Arab. 17 olim 8.
a. 1009, in 4, chart, foll. 299: *Lc Ioh Mt Mc*. Haec
versio singularis est ingenii dictioneque Aleorano ad-
propinquat.
104. Romae Vat. Arab. 18 olim 9.
a. 993 (Scholz. 1005), in 4, chart, foll. 93: *Lnc*.
E Coptico versus. Cahirae scriptus. Cf Scholzius, *Reise*,
p. 117.131.
105. Romae Vat. Arab. 20 olim 12.
saec. XVI, in 4, chart, foll. 117: *Act*.
106. Romae Vat. Arab. 21 olim 14.
saec. ?, in fol, chart, foll. 204: *Paul* (Phm Heb)

„e Syriaco“, *Cath Act.* Manu Guilelmi Tunetani scriptus. Cf Scholzius, *Reise*, p. 131.

107. Romae Vat. Arab. 22 olim 15.
a. 1472 (ita Maius, Scholzius dicit codicem manu Mosis anno 1288 scriptum esse), in 4, chart, foll. 201: *Paul* (Phm Heb) „e Syriaco“, *Cath Act.* Cahirae scriptus. Cf Scholzius, *Reise*, p. 131.132.
108. Romae Vat. Arab. 23.
a. 1274, in 8, chart, foll. 323: *Paul Cath Act.* In monasterio s. Mercurii scriptus. Cf Scholzius, *Reise*, p. 132.
109. Romae Vat. Arab. 24.
a. 1640.1646, in fol, chart, foll. 305: *V. T.* et *N. T.*
110. Romae Vat. Arab. 25 et 26.
a. 1715, in 4, chart, foll. 155 et 110: *Mt Le* et *Me Arab* et Malaice.
111. Romae Vat. Arab. 27.
saec. XIV, in 8, chart, foll. 83: *Act.*
112. Romae Vat. Arab. 28.
saec. XIII, in 4, chart, foll. 192: *Paul.*
113. Romae Vat. Arab. 29.
a. 1341, in fol (?), chart, foll. 183: *Paul* (Apl ?).
114. Romae Vat. Arab. 30.
saec. XVII, in 4, chart, foll. 72: *Cath Apoc.*
115. Romae Vat. Arab. 31.
saec. XVI, in 8, chart, foll. 65: *Apoc.*
116. Romae Vat. Arab. 93 olim 67: inest fragm *Eph.* Cf Vat. Arab. 174, fol. 272.
117. Romae Vat. Arab. 118.
a. 1323, in 4, chart, foll. 79—96: *Apoc.*
118. Romae Vat. Arab. 406.
a. 1335, in 8, chart, foll. 3—48 (49?): *Apoc.*
119. Romae Vat. Arab. 433.
saec. XVI, in fol, chart, foll. 108: *Paul Act Cath.*
120. Romae Vat. Arab. 459.
a. 1298, in 8, chart, foll. 56: *Apoc* cum comm.

121. Romae Vat. Arab. 467.
saec. XVII, in fol, chart, foll. 114: *Evv.* Venetiis scriptus.
122. Romae Vat. Arab. 483 et 557.
saec. XVII, in 8, chart, foll. 88 et 88: *Ioh* duo exemplaria.
123. Romae Vat. Arab. 501.
saec. XVI, in 8, chart, foll. 86: *Ioh*.
124. Romae Vat. Arab. 513.
saec. XVII, in 8, chart, foll. 161: *Paul*.
125. Romae Vat. Arab. 517.
saec. XVII, in 8, chart, foll. 191: *Paul Cath Act Apoc*.
126. Romae Vat. Arab. 559.
saec. ?, in 4, chart, foll. 289: fragm *Evv* e codicibus duobus.
127. Romae Vat. Arab. 568.
saec. XVII, in 8, chart, foll. 176: *Paul*.
128. Romae Vat. Arab. 589.
saec. XVII, in 16, chart, foll. 241: *Mt Mc Ioh*.
129. Romae Vat. Arab. 610.
a. 1291, in fol, chart, foll. 257: *Evv.* Cahirae scriptus. Olim Assemanianus 6.
130. Romae Vat. Arab. 611.
a. 1714, in fol, chart, foll. 133: *Evv*.
- 130a. [Romae Vat. Arab. 613: saec. XVIII: *Apoc* cum comm Cornelii a Lapide.]
131. Venetiis Marc. 11.
Act Cath Paul Gr Lat Arab; cf supra, p. 628, Act 96.
132. Benzellii 5 (hodie Upsaliae?).
a. 1265: *Evv Paul Cath Act Apoc*; desunt Mt 1,1 — 10,28 1 Ioh 3,15—3 Ioh 6 Apoc 3,15—9,8. Olim monasterii Falamand et ecclesiae Mar Giar Habas. Cf Aurivillius (ut supra, p. 844, cod. 119).
133. Benzellii 6 (Upsaliae?).
saec. ?, in 4: *Evv* Arabice.

Russia.

134. Petropoli bibl. caes. Orient. 1.
a. 1036, in 4, membr, foll. 220: *Erv.* Cf *Catalogue des manuscrits . . . orientaux de la bibliothèque impériale publique de St. Pétersbourg*, Petropoli a. 1852, p. 1.
135. Petropoli bibl. caes. Orient. 2.
saec. XIII, in 4, chart, foll. 194: *Erv.* Textus cum Erpeniano maximam partem consentit. Ex urbe Erzeroum. petrop: Petropoli bibl. caes.
136. a. 892, in fol, membr, foll. 226; mut: *Paul*; eundem fere atque editio Erpenii textum praebet sed formis vetustioribus. Ex oriente in Europam a Tischendorfio latus duabus partibus, *Anecdota*, a. 1855 (et a. 1861), p. 13.14; *Notitia*, a. 1860, p. 67. Henricus Leberecht Fleischer de codice disseruit, *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*, Lipsiae a. 1854, vol. 8, p. 584—587; cf etiam Franciscus Delitzsch, *Commentar zum Briefe an die Hebräer . . .* Lipsiae a. 1857: *Fünfter Anhang*, p. 764—768.

De lectionibus ecclesiasticis Arabico-Copticis cf Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1831, vol. 4, p. 15—34 seriei alterius: ex MS. Vat. Arab. 15 olim 7, anni 1338; — et Arabico-Syriaco-Melchiticis p. 35—60 ex MS. Vat. Arab. 16 olim 25, saec. XII: *Erv* (cf Scholzius, *Reise*, p. 117.129); p. 560: MS. 612, saec. XV: *Apl*; — et Arabico-Syriaco-Iacobiticis p. 61—71 ex MS. Vat. Arab. 19 olim 11 anni 1539; — et iuxta ritum Nini-viticum: MS. Arab. 29 anni 1341: *Paul*; — et iuxta ritum Romanum: De Rossi MS. Arab. 3, saec. XVII vel XVIII, in 8, chart: *Erv*, cf Ioh. Bapt. De Rossi, *MSS. codices Hebraici biblioth. I. B. De-Rossi . . .* Parmae a. 1803.

2.

OCCIDENTALES.

Versiones occidentales verum si scire vis versiones sunt Latinae, cum versionis Gothicae tantum fragmenta habeamus, versiones autem Slavonica, Saxonica, Francica, Theotisca, Bohemica omnino minoris sint pretii.

(1.) LATINAE.¹

Distingui solent codices Latini in codices versionis Italiae et in codices versionis Vulgatae; sed cum nomen illud incertum Italiae vix apte adhibeatur ad textus omnes Hieronymiano antiquiores significandos, hoc loco distinguo versionem veterem Latinam, sive versiones ante-Hieronymianas, et versionem Vulgatam sive Hieronymianam. Versiones vel recensiones Antehieronymianas inter se distinguendas esse iam agnoverunt viri docti;² vix tamen lectorem fuget rem haud-

¹ Una ex parte consulendi sunt libri et libelli philologici qui linguam Latinam post scriptorum classicorum quos dicunt tempora diffusam tractant; e. g. v. cl. Franciscus Kaulen, *Handbuch zur Vulgata. Eine systematische Darstellung ihres lateinischen Sprachcharakters*, Moguntiae a. 1870, pp. XII et 280; v. cl. Gustavus Koffmanne, *Geschichte des Kirchen-Lateins, Erster Band. Entstehung und Entwicklung des Kirchenlateins bis auf Augustinus-Hieronymus*, Vratislaviae, fasc. 1, a. 1879; fasc. 2, a. 1881; — Hermannus Rönsch, „Zur vulgären und biblischen Latinität“ in actis *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien*, XXX, Vindobonae a. 1879, num. 11, pp. 806—811 (his in actis saepius disseruit Roenschius de Latinitate sive posteriore sive ecclesiastica): — Guntherus Alexander Ernestus Adolphus Saalfeld, *De bibliorum sacrorum Vulgatae editionis Gravitate*, Quedlinburgi a. 1891, pp. XVI et 180.

² Prae ceteris arridet mihi Westcottii Hortique distinctio inter recensioem *Africanam* ad modum verborum sacrae scripturae in operibus Tertulliani et Cypriani citatorum, *Europaeam* saeculo

quaquam tam accurate exploratam esse ut possint hae distinctiones ubique definiri, praesertim cum paulatim una versio vel recensio in aliam transeat.

Tischendorffio, quem supra, p. 34.35 secutus sum, significabat nomen Italae codices omnes Antehieronymianos, unde etiam fit ut siglo *it* in margine posito vetus *it* cuiusvis generis Latina significetur et codices unus catalogus includat.

a. *VETUS LATINA*.¹

Saeculo secundo medio in Africa, in Italia praesertim in parte eius septentrionali, in Gallia floruerunt ecclesiae quae

quarto in Europa occidentali praesertim in Italia septentrionali late adhibitam, *Italicam* sive *Italianam* post saeculum quartum medium in operibus Augustini citatam; cf Westc.-Hort., *N. T.* [vol. 2] *Intr.* pp. 78—84, §§ 108—117, et Wordsworthius, *Old-Latin biblical texts.* No. II, Oxonii a. 1883, pp. XXXI ss.

¹ De versionibus veteribus Latinis conferendi sunt, praeter editiones codicum vel fragmentorum infra laudatas, in primis v. cl. Westcott, *Smith's Dictionary of the Bible*, ed. Amer. Novi Eboraci a. 1876, vol. 4, p. 3451^a—3459^a sub voce *Vulgate*; v. cl. Fritzsche, *Herzog's Realencyklopädie*, ed. 2, Lipsiae a. 1881, vol. 8, p. 433—445; Herm. Rönisch, *Itala und Vulgata*, Marburgi a. 1875, *Das N. T. Tertullians*, Lipsiae a. 1871; (item Rönischii „Itala Studien“ in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, Lipsiae a. 1881, vol. 24, p. 198—204, a. 1882, vol. 25, p. 104—109, et „Die ältesten lateinischen Bibelübersetzungen nach ihrem Werte für die lateinische Sprachwissenschaft“ in libro *Collectanea philologica* ab H. R., Breae a. 1890, pp. 1—20); v. cl. Ziegler, *Die lateinischen Bibelübersetzungen vor Hieronymus und die Itala des Augustinus*, Monaci a. 1879; v. cl. Westcott, *A general survey of the history of the canon of the New Testament*, pars 1, cap. 3, § 2, ed. 5, Cantabr. et Londin. a. 1881, 248—269; Scrivenerus, *A plain introduction . . .* ed. 3, Londinii a. 1883, p. 338—365 (in editione quarta, quam v. cl. Eduardus Miller praeparat, curabit v. cl. Henricus I. White versiones Latinas): discursus vv. cl. Wordsworthii et Guilelmi Sanday et Henrici I. White in libris *Old-Latin biblical texts*, Oxonii I, a. 1883; II, a. 1886; III, a. 1888, item recensio huius operis a v. cl. Petro Corssen scripta in actis *Göttingische gelehrte Anzeigen*, Gottingae a. 1889, vol. 1, p. 299—319, iis non neglectis quae v. cl. Sanday in actis *The*

et Graecos codices haberent et consuetudine Latinorum hominum uterentur unde facile accidere potuit ut Novum Testamentum in tribus illis terris Latine verteretur. Quod quamquam concedendum est, probabilior tamen videtur opinio esse eorum qui putant veterem versionem Latinam primum in Africa proconsulari factam esse. Versio talis Africana primitiva si ponitur, quaestiones quae de Veteris Latinae textuum cognatione motae sunt satis commode solvuntur neque ad duplicem vel triplicem originem confugere opus est. Orta est autem haec translatio paulatim, non subito vel iussu episcopi alienius, unde fluxerunt discrepantiae inter hunc et illum Novi Testamenti librum.¹ Versionem hanc veterem Africanam, inter alios testantur Irenaei interpres, Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Iuvenus, Firmicus Maternus, Hilarius diaconus, Hilarius Pictavensis, Luciferus Calaritanus, Optatus, Ambrosius, Hieronymus, Rufinus, Primasius, imprimis Tert Cypr Hilarius uterque, Luciferus.²

Interpres Africani Graeca simpliciter verterunt in hac versione, retinueruntque quoad potuerunt textus Graeci et verba et verborum ordinem et verborum coniunctionem, ut quodammodo videre possimus quo textu Graeco usi sint. Teste Westcotto³ e discrepantibus lectionibus

Academy, Londinii a. 1889, vol. 1, pp. 323a—324b, scripsit; v. cl. Hugo Linke, *Studien zur Itala* [Programma gymnasii urbani evangelici s. Elisabethae] Vratislaviae a. 1889; v. cl. Fridericus Zimmer, „Ein Blick in die Entwicklungsgeschichte der Itala,“ in actis *Theologische Studien und Kritiken*, Gothae a. 1889, vol. 2, p. 331—355; nescio quid sit „The Latin versions of the gospels“ in actis *Church Quarterly Review*, Londinii a. 1890, Oct., p. 85—105.

¹ Mill, *N. T. Gr.* ed. Kuster, Amstelod. a. 1710, proll. paragr. 513—605.

² De bibliis a papa Hilario confectis et de voce „bibliotheca“ cf litterae v. cl. Samuelis Berger ad v. ill. De Rossi datae, „La bible du pape Hilarus,“ in actis *Bulletin critique*, XIII, 8, Parisiis 15 Aprilis a. 1892, pp. 147—152.

³ Westcott, *Smith's Dictionary of the Bible*, Novi Eboraci a. 1876, vol. 4, p. 3478^b.

versionis veteris atque versionis Vulgatae, nihil licet concludere de lectionibus variis Graecis nisi in evangeliiis ubi Hieronymus diligentius textum mutavit; in aliis libris variant phrases Latinae Graecis non mutatis vel mutatione lectionum Graecorum non perspicua. Consentit textus versionis veteris Latinae non emendatae saepissime cum codicibus iis quos occidentales dicimus.¹

Vetus illa Latina versio, in Europa aequae atque in Africa late adhibita, annis nonnullis peractis non solum in Africa,² ubi minus ecclesiae auribus repugnabat, recensita est, sed etiam in Italia, in Britannia, fortasse in Gallia diligentius emendata est, unde exstitit dissensio illa codicum ante-Hieronymianorum quos habemus. De recensione Gallica, cum codices nondum excussi sint, paene nihil potest dici; fortasse Irenaei interpres initia talis recensione iam exhibet. Codices recensione Britannicae complures³ post Bentleium adierunt viri docti Angli, sed horum quoque lectiones ad hunc diem eo carent, qui omnibus perscrutatis qua necessitudine haec versio cum Vetere Latina et cum Vulgata coniuncta sit accurate definiat. Recensio vero Itala sive Italica, quamquam pauci eius codices ut evangeliorum Brixianus et Monacensis hodie exstare videntur, omnium celeberrima est ut quae versionibus Latinis ante-Hieronymianis nomen iam vulgatum commodarit et disputationum de textus Latini origine ansam dederit. Augustinus scripsit: „In

¹ Cf Tischendorfius, *Evangelium Palatinum*, Lipsiae a. 1847, p. xvi sqq.

² Inde fluxerunt Augustini querelae de exemplaribus variis et multis. Uno loco, *de consensu evangelistarum*, 2, 128 (66), laudat codices ecclesiasticos interpretationis usitatae, quo nomine textum Africanum designare videtur.

³ V. cl. Westcottus apud Smithium nonnulla ex his codicibus hausta praeiit, conferenda vero est imprimis v. cl. Iohannis Wordsworth, episcopi Sarisburiensis, editio Novi Testamenti Vulgatae versionis, *Novum Testamentum . . . Latine*, Oxonii *Mt* a. 1889, *Mc* a. 1891, *Le* a. 1893.

ipsis autem interpretationibus Itala ceteris praeferatur; nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiae.¹ Nomen Italiae nos in Italiam ducit et in partem Langobardicam;² Augustinus Ambrosii Mediolanensis episcopi discipulus nos in eandem partem ducit. Inde in Africam ab Augustino lata videtur haec Itala non solum in scriptis patris illius adhibita esse sed etiam in actis concilii Carthaginensis anni 416, et in scriptis Capreoli, qui anno 430 episcopus Carthaginensis factus est.³

Cum codices tantum inter se discrepent, tot codices mutili sint, origo versionis vel versionum et historia tam incertae sint, editio „versionis veteris Latinae“ Novi Testamenti non est instauranda.⁴ Sat erit, codices accurate edidisse, ita ut fata versionis per annos et terras persequi possimus.

CODICES VERSIONIS VETERIS LATINAE.

(a.) Quattuor evangelia.

a: Vercellensis in cathedrali inter reliquias.

saec. IV, 25.5 × 16, membr, coll. 2, ll. 24, mut: *Err*; ordo est Mt Ioh Lc Mc; desunt (cf infra) multa in Mt per capp. 20—27 (perierunt 25,1—16), in Ioh per capp. 5.7 etiam 19,41 et 20,2, in Lc (1,1—12 paene perierunt) per locos 1,26—73 6,9.12 9,14 11,4—11 (paene

¹ Augustinus, *De doctrina Christiana*, 2,22(15),1.

² V. cl. Westcottus laudat v. cl. I. Kenrickum, qui monstravit, *Theological Review*, a. 1874, mense Iulio, vocem „Itala“ idem significare atque vocem „Longobardica“. — Cf praeterea v. cl. Petrus Corsen, „Die vermeintliche ‚Itala‘ und die Bibelübersetzung des Hieronymus“, in actis *Jahrbücher für protestantische Theologie*, 1881, 3, p. 507—519.

³ Ziegler, *Die lateinischen Bibelübersetzungen vor Hieronymus und die Itala des Augustinus. Ein Beitrag zur Geschichte der heiligen Schrift*, Monaci a. 1879, p. 60.

⁴ Sed cf v. cl. Fridericus Zimmer, „Der Galaterbrief im altlateinischen Text, als Grundlage für einen textkritischen Apparat der Vetus Latina“, in actis *Theologische Studien und Skizzen aus Ostpreussen*, Regiomontii, vol. 1 (a. 1887), pp. 1—81.

omnia) 12—25 (omnia) 12,38—59 (omnia), in Mc 1,22—34 et 4,17—24 (omnia) 4,26—5,19 15,15—16,20 (omnia); manus posterior sed antiqua supplevit Mc 16,7—20; textus est bonae notae et Europaeae sive primitivae versionis cui insunt lectiones multae Africanae propriae.

Saeculo ut videtur quarto scriptus, fortasse manu Eusebii episcopi Vercellensis et martyris († a. 371), et versionem veterem non emendatam exhibens nobis est codex hic testimonio versionem illam Italiam, quam Augustinus Mediolani invenit et in Africam portavit, non solum in illis terris auctoritatem habuisse, cum Vercellae inter Mediolanum atque Taurinum sitae sint, nisi quis arbitrari velit codices Vercellensem, Veronensem, Bobbiensem ex Africa in Italiam latos esse. Iosephus Blanchinus (Bianchini) canonicus Veronensis, contulit eodiem anno 1726 (1727?). Iohannes Andreas Iricus (Irico)¹ edidit codicem² anno 1748, Blanchinus³ a. 1749. Tregellesius laudat editionem Irici ut quae lectiones multo accuratius quam Bianchini editio reddat. Codex, diu in saecario manibus clericorum discerptus ac laceratus, factus est mera reliquia, quae vix legi potest, unde fortasse non iniuria inter reliquias sacras conlocatus est.⁴

a₂: Curiensia in museo Rhaetico fragmenta.

saec. V, 27.5 × 21.8 (?), membr, foll. 2: Lc 11,11—29 13,16—34; textu codici Vercellensi simillimus est.

Haec folia repperit v. cl. B. Hidberus professor Bernensis in episcopalibus quae Curiae [Chur] Rhaetorum

¹ Nomen *Irico* est, non, ut Tregellesius et Scrivenerus scribunt, *Irici*; Lombardi, *Storia della lett. italiana nel secolo XVIII*, Venetiae a. 1832, vol. 4, p. 170; cf Bernardini Peyron epistula in libro Ern. Rankii, *Curiensia ev. Luc. fragm.* Marburgi a. 1872, p. 8.9.

² Irico, *Sacrosanctus evangeliorum codex s. Eusebii Magni . . .*, Mediolani a. 1748.

³ Bianchini, *Evangeliarium quadruplex . . .*, Romae a. 1749; iterum expressum apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 12, coll. 9—948.

⁴ Cf epistulae vv. cll. comitis Eduardi de Mella et Bernardini Peyron apud Rankium, *Curiensia ev. Luc. fragm.* Marburgi a. 1872, p. 8.9.

„sunt archivis thecae cuiusdam scriptoriae operculis“ adhaerentia. Vir doctissimus et optime de versionibus veteribus Latinis meritis, Ernestus Ranke († a. 1888) fragmenta haec edidit in libro *Curiensia evangelii Lucani fragmenta Latina e membranis eruta atque adnotationibus illustrata, quibus accedit tabula photographica*, Marburgi a. 1872. Cf Rankius, „Ein kleiner Italafund“, *Theol. Stud. und Krit. Gothae* a. 1872, p. 505—520; v. cl. Hermannus Rönisch, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, a. 1873, p. 455—457. V. cl. Petrus Batiffol edidit, *Note sur un évangélaire de Saint-Gall*, Parisiis a. 1884. V. cl. Wordsworthius denuo edidit, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, p. xxxiv—xxxvii et cxxiii—cxxxviii et 79—82. Vide infra n.

amb^{rescr.}: ex comm vet in Luc, cf Mai., *Serr. vet. nova coll.* tom. 3, pars 2, pp. 191—207.

b: Veronensis bibliothecae capitularis.

saec. V, in 4, membr, argenteus, mut: *Evv*; desunt Mt 1,1—11 15,12—23 23,18—27 Ioh 7,44—8,12 Lc 19,26—21,29 Mc 13,9—19 13,24—16,20; textus est versionis Europaeae.

Editus est codex a Blanchino (ut cod. a). Cf epistula v. cl. Ignatii Zenti apud Rankium (ut supra, cod. a₂).

c: Colbertinus Paris. nat. 254, olim Colb. 4051.

saec. XII, 26×17, membr, foll. 149, coll. 2, ll. 40: *Evv* (manus posterior addidit libros alios sed versionis Vulgatae); textus est bonae notae et Europaeae versionis, affinis praeterea codicis ff². Editus est a Petro Sabatario¹ anno 1751, et a v. cl. Iohanne Belsheim, *Codex Colbertinus Parisiensis. Quatuor evangelia ante Hieronymum Latine translata post editionem Petri Sabatier cum ipso codice collatam denuo edidit* I. B. Christianiae a. 1888, pp. 139.

d: Bezae Cantabrigiensis (cf supra, p. 369—372).

Textus Latinus plerumque Graeco adsimilatus nihil propriae auctoritatis habet nisi ubi per incuriam adsimilatio neglecta est. Qui vero his locis antiquior textus

¹ Sabatier, *Bibliorum saecrorum Latinae versiones antiquae*, vol. 3, Paris a. 1751. Cf Ernestus Ranke, *Curiensia ev. Luc. fragm.* Marburgi a. 1872, p. 9,10, et v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate etc*, Parisiis a. 1893, p. 74—76 et 402.

Latinus emergit, nondum satis exploratus est. V. cl. I. Rendel Harrisius, *A study of Codex Bezae, sive Codex Bezae. A study of the so-called western text of the New Testament* [*Texts and Studies, vol. II, no. I*], Cantabrigiae a. 1891, pp. viii et 272, vult textum Graecum omnino a textu Latino pendere, fultus rationibus, quae viris rei criticae peritis adhuc non arrident. Videsis dissertationem, nisi fallor manu v. cl. Guilelmi Sanday scriptam, in actis *The Guardian*, Londinii a. 1892, num. 2424, die 18 Maii, pp. 742c—744a et num. 2425, die 25 Maii, pp. 786b—788a. — Cf praeterea de codice Bezae v. cl. Fridericus Henricus Chase, *The Old Syriac element in the text of Codex Bezae* [*in the Acts*], Londinii a. 1893, pp. xvi et 160. Ne neglexeris quae v. cl. Guilelmi Sanday praebet, *Old Latin biblical Texts. No. II*, Oxonii a. 1886, p. 95—122, ubi de codicis k textu fusius agit, textibus aliis in consilium vocatis.

e: Palatinus { Vindobonensis caes. Lat. 1185.
Dublinensis collegii Trinitatis N. 4. 18.

saec. V, in fol, membr, mut: *Mt* 12,49—(Mt 13,13—23 est folium Dublinense) 14,11 (14,11—21 in apographo) 14,22—24,49 28,2—20 *Ioh* 1,1—18,12 18,25—21,25 *Lc* 1,1—8,30 8,48—11,4 11,24—24,53 *Mc* 1,20—4,8 4,19—6,9 12,37—40 13,2,3.24—27.33—36. Textus est optimaе notae, versionis Africanae ut videtur, cf Westcottus et Hortius, *N. T.* [vol. 2] *Intr.* p. 81, § 113.

Saeculo duodevicesimo Tridenti erat codex, quod feliciter demonstravit Hortius, „The codex Palatinus of the Old-Latin gospels“, *The Academy*, Londinii die 14 mensis Augusti anni 1880, p. 117c—118b. Doctissimus quisque hanc Hortii epistolam legere debet, quo probabilior fiat conquisitio schedarum Simonis de Magistris, Arevalis, Bonellii, aliorum etiam ipsius codicis foliorum ad hunc diem occultatorum. Mense Iulio anni 1762 Tridento Romam missus est codex ad Iosephum Blanchinum, qui apographum eodem anno curavit manu ut videtur Iosephi Martines, quod apographum Romae in bibliotheca Valli-

celliana siglo U. 66 hodie exstat, teste v. cl. Hugone Linke.¹ Codex Tridentum redux erat ibi in „secretiori tabulario episcopali“ e quo Vindobonam in archivium perlatus est, et ex archivio cessit anno 1806 ad bibliothecam caesaream. Tischendorfius codicem edidit, *Evangelium Palatinum*, Lipsiae a. 1847, pp. XXVII et 456 cum facs. Folium Dublinense Iacobus H. Todd aliquot annis ante annum 1847 Dublinii emit, quo anno die 25 mensis Ianuarii rettulit de folio coram societate regia Hibernica, sex diebus ante librum Tischendorffii die 31 eiusdem mensis Lipsiae editum; textum edidit Toddius in actis societatis illius.² Tischendorffium latebat folium illud; sed postquam editum est editionis eius Novi Testamenti octavae volumen primum v. cl. T. Graves Lawius eum de folio certiore fecit.³ Diu reperiri non poterat folium in bibliotheca, tandem erutum est a v. cl. Thoma Frenchio⁴ et a v. cl. T. K. Abbotto editum.⁵ V. cl. Hugo Linke nonnulla ex illo apographo edidit.

f: Brixianus bibliothecae capitularis.

saec. VI, in 4, membr. argenteus, mut: *Err*; desunt Mc 12,5—13,32 14,70—16,20. Textus est Italicae recensione; cf Weste.-Hort. (ut cod. e), § 113, et Wordsworth. p. XXXII.

Editus a Blanchino, *Evang. quadr.* Romae a. 1749. Cf Rankius, *Curiensia ev. Luc. fragm.* Marburgi a. 1872,

¹ Linke, „Neue Bruchstücke des Evangelium Palatinum“ in actis *Sitzungsberichte der philosophisch-philologischen und der historischen Classe der königlich bayerischen Akademie der Wissenschaften zu München*, Monaci a. 1893, fasc. 2, p. 281—287.

² Todd, *Proceedings of the royal Irish academy*, Dublinii a. 1847, vol. 3, p. 374—381. I. O. Westwoodius codicis mentionem fecit, *Palaeographia sacra pictoria*, Londinii a. 1843—1845, in pagina quarta numeri 24.

³ Law, „A stray leaf of the codex Palatinus“, *The Academy*, Londinii a. 1879, die 1 mensis Martii, p. 190^{bc}.

⁴ Ingram, *Proceedings of the royal Irish academy*, series 2, Dublinii a. 1880, vol. 2, p. 22.23.

⁵ Cf supra, p. 400.

p. 7.8. V. cl. Wordsworthius hunc codicem sub textu Vulgatae evangeliorum versionis edidit in editione sua Novi Testamenti Latini, Oxonii a. 1889 foris data (vide infra, p. 980—981) ut textum qui fortasse propius a textu ab Hieronymo emendato absit.

ff¹: Petropolitanus caes. olim Corbeiensis 21.

saeec. X,¹ in 8, membr, foll. 39: *Mt.* Textus, qui praesertim a capite nono multum cum textu Vulgatae versionis diserepat, fortasse transitionem, ut ita dicam, Gallicanam praebet a textu vetere in textum iuniorum; sed neseio an melius sit eum Westcotto Hortioque (ut supra, cod. e) § 114 dicere textum originem a Vulgata habere, lectionibus e codicibus veteris versionis instructum esse.

Olim monasterii Corbeiensis² in Picardia editus est (primus veteris Latinae codex qui prodiit) codex a Iohanne Martianaes³ anno 1695 quem secuti sunt Augustinus Calmetus (ut cod ff²), pp. 303—311 in apparatu ad comm in Apocalypsim, Blanchinus (cff), Sabatarius, Mignius.⁴ Anno 1881 iterum publici iuris factus est hic codex a v. cl. Iohanne Belsheim, *Das Evangelium des Matthaeus nach dem lateinischen Codex ff¹ Corbeiensis auf der kaiserlichen Bibliothek zu St. Petersburg von Neuem in verbesserter Gestalt herausgegeben von J. B. Nebst einem Abdruck des Briefes Iacobi nach Martianaes Ausgabe von 1695*, Christianiae a. 1881.

ff²: Paris. nat. 17225 olim Corbeiensis 195.

saeec. VII, in 4, membr, mut: *Err*; desunt Mt 1,1—11,16

¹ Vir clar. Oscarus de Gebhardt, qui codicem hunc Petropoli inspexit, me certiore fecit eum decimi esse saeculi, neque noni quod voluit Martianaes, neque octavi quod voluit Rankius (ut ad cod. f) p. 10.

² De bibliotheca Corbeiensi cf v. cl. Leopoldus Delisle, „Recherches sur l'ancienne bibliothèque de Corbie“, in actis *Mémoires de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, Parisiis, vol. 24, pars 1 (a. 1861), p. 266—342.

³ Martianaes, *Vulgata antiqua Latina et Italica versio evangelii secundum Matthaeum* etc, Parisiis a. 1695.

⁴ Migne, *Patrologia Latina*, vol. 12, Parisiis a. 1845.

Le 9,48—10,20.21 11,45—12,6.7 Ioh 17,15—18,9 20,22—21,8. Textus veteris versionis est Europaeae recensiois; cf Westc.-Hort. (ut cod. e) et Wordsworthius (ut cod. g¹).

Augustinus Calmet,¹ *Commentarius literalis in omnes libros Novi Testamenti Latinis litteris traditus a Ioanne Dominico Mansi*, Wirceburgi, vol. 2 [a. 1787], p. 276—302 (cf etiam Calmeti *Diss. in Vulgatam* [ut infra, p. 971, adn. 1], p. 391b. 392a) lectiones varias ex omnibus evangeliiis praebuit, Blanchinus (cf p. 953, adn. 3) lectiones huius codicis varias in Ioh Le Mc, Sabatarius ex omnibus evangeliiis (cf supra, p. 954, adn. 1). V. cl. Paulus Meyer Parisiensis codicem adiit in usum Ernesti Ranke.² V. cl. Wellingtonus Tyler ait Tischendorfium et Tregellesium saepe inter se discrepare in ff² laudando. V. cl. Iohannes Belsheim edidit, *Codex ff² Corbeiensis sive quatuor evangelia ante Hieronymum translata . . .*, Christianiae a. 1887, VIII, pp. 127; cf v. cl. Samuel Berger, *Bulletin critique*, Parisiis a. 1891, p. 302.303.

g¹: Paris. nat. Lat. 11553, olim Sangermanensis 15. saec. VIII, 39.3 × 33, membr, foll. 191: *Err.* Textus videtur veteris versionis esse: cf Wordsworthii liber, p. xxx—xlili ubi de sententia Westcottii Hortiique dicitur, qui putant originem habere textum a Vulgata, admixtas esse lectiones e versione Latina vetere.

Lectiones ad Mt ex hoc codice hausit Martianaeus (cf ff¹) quem secutus est Blanchinus. Sabatarius (cf p. 954, adn. 1) per quattuor evangelia codicem laudat. V. cl. Westcottus dicit hunc codicem in usum Bentleii (μ) conlatum esse, totum N. T. continere, nonnulla ex V. T., tria folia Pastoris; quaerit an Gallicani textus sit.

¹ Proderunt haec et aliae dissertationes doctissimi huius monachi Benedictini congregationis sancti Vanni et sancti Hydulphi in libro *Nouvelles dissertations importantes et curieuses sur plusieurs questions qui n'ont point été touchées dans le Commentaire Littéral sur tous les livres de l'Ancien et du Nouveau Testament*, Parisiis a. 1720. Codex ff² invenitur pp. 405—447.

² Ranke, *Curcensia evangelii Lucani fragmenta Latina*, Marburgi a. 1872, p. 10.

V. cl. Wordsworthius accuratissime edidit ex hoc codice Matthaei evangelium additis lucubrationibus eruditissimis, *Old Latin biblical texts. No. I*, Oxonii a. 1883, pp. xliii et 79; cf v. cl. Bergerus (ut cod. ff²), et *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge*, Parisiis a. 1893, pp. 65—72.

g²: Paris nat. Lat. 13169, olim Sangermanensis 2. saec. X, 21,5×14, membr, foll. 166, ll. 24—30; foll. 118—166 Ioh sunt vetustior: *Ev.* Textus videtur versionis esse veteris, Westcotti autem Hortiique iudicio eiusdem est ingenii atque codex g¹, cf W.-H. et Wordsworth. (ut cod. g¹); Bergero est textus Hibernicus, cf eius *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, p. 48.

Sabatarius (cf p. 954, adn. 1) lectiones passim exhibet.

h: Vaticanus olim Claromontanus saec. V, 24×20, membr, (Mt foll. 66), mut: *Mt*; desunt 1,1—3,15 14,33—18,12 (alia evangelia sunt versionis Vulgatae). Textus plerumque Europaeae est versionis.

Emptus a Pio VI (a. 1775—1798). Sabatarius (cf p. 954, adn. 1) excerpta praebuit. Angelus Maius codicem integrum edidit, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1828, tom. 3, p. 257—288, v. cl. Iohannes Belsheim Matthaei evangelium in libro *Evangelium secundum Matthaeum . . . Christianiae* a. 1892, ex actis *Christiania Videnskabs-Selskabs Forhandling for 1892. No. 5*.

i: Vindobonensis caes. Lat. 1235. saec. V vel VI (Belsheim. VII exeuntis), 26×19, membr, purpureo-argenteus, foll. 142, mut: *Lc* (codex scribit „secundum Lucanum“) 10,6—23,10 *Mt* 2,17—3,29 4,4—10,1 10,33—14,36 15,33—40. Textus est fortasse versionis Europaeae.

Neapoli Vindobonam translatus. Blanchinus lectiones nonnullas exhibuit (unde i^{blan}). Alterus fragmenta edidit, vel potius, ut Lachmanni verbis utar, „in temporariis quibusdam libellis“ occultavit, in actis *Neues Repertorium f. bibl. u. morgenl. Literatur*, Ienae a. 1791, vol. 3, p. 115—170, et apud Paulum *Memorabilien*, Lipsiae a. 1795, vol. 7, p. 58—96. V. cl. Iohannes Belsheim edidit, *Codex Vindobonensis membranaceus purpureus . . . Antiquissimae*

evangeliorum Lucae et Marci translationis Latinae fragmenta. Cum tabula, Lipsiae a. 1885, pp. VIII et 71.

k: Taurinensis nat. G. VII. 15 olim Bobbiensis.
saec. V, 18.7 × 16.7, membr, foll. 96, mut: *Mc* 8,8—11 et 14—16 8,19—16,8 *Mt* 1,1—3,10 4,2—14,17 15,20—36. Textus optimae notae est et versionis Africanæ.

Fabulatur Columbani fuisse (mort a. 615) qui monasterium Bobbiense condidit. Pessime edita sunt haec fragmenta a Ferd. Flor. Fleckio, *Anecdota maximam partem sacra* [vel *Wissenschaftliche Reise*, vol. 2, pars 3] etc, Lipsiae a. 1837, p. 1—109, accuratius a Tischendorfio, *Jahrbücher der Literatur, Anz.-Blatt*, Vindobonae a. 1847—1849, vol. 120, p. 43—56, vol. 121, p. 50—72, vol. 123, p. 40—46, vol. 124, p. 1—8, vol. 126, p. 1—71. Tischendorfius ad lectiones in hac N. T. editione VIII notandas usus est schedis suis, cum nonnulla typis minus exacte expressa sint. Accuratissime edidit socio v. cl. Guilelmo Sanday v. cl. Iohannes Wordsworth, *Old-Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, pp. v—xxii et xlii—clxvi et 1—54 et 95—122, cum tabula.

l: Vratislaviensis ecclesiae sanctae Elisabeth olim Rehdigeranus (non Rhed.). —21,25.
saec. VII, in 4, membr, foll. 295, mut: *Err*; deest Ioh 16,13
Mt et *Mc* edita sunt a I. E. Scheibelio *Codex quatuor evangeliorum Latinus Rhedigeranus, Matthaeus et Marcus. Cum textu Graeco et editione vulgata collatus*, Vratislaviae a. 1763, pp. 18. David Schulzius descripsit, *De codice IV evangeliorum bibliothecae Rhedigeranae in quo vetus Latina versio continetur*, Vratislaviae a. 1814, pp. 65 cum tabula, et lectiones codicis varias editioni N. T. Gr. Griesbachianae tertiae inseruit. V. cl. H. Fridericus Haase codicem edidit, *Evangeliorum quattuor vetus Latina interpretatio ex cod. Rehdigerano nunc primum edita* [sunt particulae tres, vel potius, ut videtur, sex, quae in libris universitatis sollemnibus annis 1865—1866 publici iuris factae sunt], Vratislaviae a. 1865—1866, coll. 296.

Romae Sessorianus LVIII in monasterio sanctae
m: crucis, foll. 1—154.

sacc. VIII—IX, in 4, membr: continet lectiones ex omnibus N. T. libris praeter 3 Ioh Hebr Philem, item ex epistula quae dicitur ad Laodicenos. Textus est textui a Priscilliano adhibito affinis, unde suspicatus est Hortius, litteris ad me datis, textum esse recensiois Hispanicae vel recensiois cum Europaea parallelae. Interpolationem istam 1 Ioh 5,7.8 de Tribus Testibus Caelestibus agnoscit hic codex.

Est liber hic Speculum, quod dicitur, Pseudo-Augustinianum. Videtur octavi vel noni esse saeculi. Cf v. cl. Haertelius, *Cypriani opera*, pars 3, Vindobonae a. 1871, p. XXV et 34; v. cl. Reifferscheid, *Bibliotheca patrum Italica*, vol. 2, p. 129; Reifferscheid, „Die römischen Bibliotheken“, *Sitzungsberichte d. philos.-hist. Classe d. Akademie zu Wien*, Vindobonae a. 1865, vol. 1, p. 753. Maius lectiones nonnullas exhibuit in libro *Spicilegium Romanum*, Romae a. 1843, vol. 9, append. 2, p. 61—75 et 80—86, edidit integrum in libro *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1852, vol. 1, pars 2, p. I—VIII et 1—117 cum tabula; m¹⁰ (et similia) notat paginas Maii a. 1852. V. cl. Franciscus Wehrich iterum edidit in consilium vocatis ceteris codicibus (inter hos erant folia 13 Libri-Ashburnhamensia hodie Parisiensia, quae v. cl. Hortius cum m et cum codicibus Sabatarii Floriacensibus 10 et 12 coniuncta esse percepit), *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum*, vol. 12 [Aug. *Opp.* III, 1], Vindobonae a. 1887, pp. XXXIV—L et 291—700; cf Wehrichii verba in actis *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien*, XL, Vindobonae a. 1889, num. 10, p. 908 adn. et „Die Bibalexcerpte de divinis scripturis und die Itala des heiligen Augustinus“ ex actis *Sitzungsberichte*, Vindobonae a. 1893.

n (re vera a₂): Sangall. mon. MS. 1394, vol. 1, foll. 56.
51.61.53.54.58.59.69—72.75.76.79—82.
85.86 (et MS. 172, fol. 256) et bibl. Vadianae sive urb. 70.

saec.V, 32×26 (?), membr, foll. 15¹/₂, coll. 2, ll. 24, litt unce 12—18 in lin: *Mt* 17,1—5 et 14—18 17,19—18,20 19,20—21,3 26,56—60 et 69—74 27,62—64 27,66—28,3 et 8—20 *Ioh* (19,13—17 et 24—27 mut) 19,28—42 *Mc* 7,13—31 8,32—9,9 13,2—20 15,22—16,13. Textus est versionis Europaeae.

Lachmannus fragmenta notavit, *N. T. Gr. Berolini* a. 1842, vol. 1, p. xii. Tischendorfius omnia exscripsit. V. cl. Petrus Batiffol edidit, „Fragmenta Sangallensia“ in actis *Revue archéologique*, Parisiis a. 1885, vol. 4, pp. 305—321 cum tabula (etiam separatim edita), et fragmentum Vadianum, nescio quare siglo p² designatum, in libello *Note sur un évangélaire de Saint-Gall*, Parisiis a. 1884, pp. 8. Editionem omni ex parte plenissimam curavit v. cl. Henricus I. White, Wordsworthii socius, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, pp. xxiii—xxxii et clxvii—ccii et 55—72, cum tabula. Re vera mandata est editio codicum a₂ n o p Wordsworthiana typis ante editionem Batiffolianam, schedisque Tischendorffii a vidua eius emptis usi sunt Wordsworthius et Whitius.

Propter apparatus Tischendorffii adhuc servavi siglum n, quod posthac statim reiciendum est, nam v. cl. Batiffolius haec folia eiusdem codicis esse atque a₂ vidit, v. cl. Petrus Corssen, in actis *Göttingische gelehrte Anzeigen*, Gottingae a. 1889, vol. 1, p. 316—318, Batiffolii opinionem callidissime ratione mathematica confirmavit, v. cl. Henricus I. White, qui initio dubitaverat, suis oculis fragmenta examinavit et omnia ex eodem codice originem habere concessit, „The Coire and St. Gall fragments of the Old-Latin version of the gospels“ in actis *The Academy*, Londinii a. 1889, die 17 Augusti, vol. 2, p. 104b.

O: Sangallensis monasterii MS. 1394, vol. 1, foll. 91.92.
saec.VII, 31×22, membr: *Mc* 16,14—20; scriptura est Mero-vingica; folio verso vacat scriptura.

Lachmannus (ut cod n) fragmenti mentionem fecit. Tischendorf. exscripsit. Batiffol. edidit (ut cod. n), item Whitius (ut cod. n), pp. xxxiii et ccii—cev et 73—74.

P: Sangallensis monasterii MS. 1394, vol. 2, pagg. 430—433.

saec.VIII, 19.1×17, membr, foll. 2: *Ioh* 11,16—44; scriptura est Hibernica; videtur e missa pro defunctis esse. Tischendorfius exscripsit. Fragmentum ediderunt v. cl. Forbesius, *Arbuthnott missal*, *Burntislandiae* a. 1864, p. xlviii, vv. cl. Haddamus et Stubbsius, *Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain and Ireland*, Oxonii vol. 1 (a. 1869), app. G, p. 197, v. cl. Henricus I. White (ut cod. n), pp. xxxiii et cevi—cecxii et 75—77.

Q: Monacensis reg. Lat. 6224, olim Frisingensis.
saec.VI, 25.1×21.1, membr, foll. 251, coll. 2, ll. 20, litt. 16—20 in lin, mut: *Err*; desunt *Mt* 3,15—4,25 5,25—6,4 6,28—7,8 *Ioh* 10,11—12,39 *Lc* 23,22—36 24,11—39 *Mc* 1,7—22 15,5—36. Textus est versionis Italicae.

Tischendorfius codicem exscripsit. Tischendorffii schedis usus hunc codicem edidit v. cl. Henricus I. White, Wordsworthii socius, *Old Latin biblical texts. No. III*, Oxonii a. 1888, cum tabula, addiditque discursus uberrimos; cf Hortius, *Classical Review*, Londinii a. 1889, pp. 11—12.

R: Dublinii coll. Trin. A. 4.15, olim Usseri.
saec.VI, 18.7×13.7, membr, mut: *Mt Ioh Lc Mc*. Textus Europaeae videtur esse recensiois.

Codicem edidit v. cl. Thomas Kingsmill Abbott, *Evangeliorum versio antehieronymiana ex codice Usseriano (Dublinensi), adiecta collatione codicis Usseriani alterius. Accedit versio Vulgata sec. cod. Amiatinum cum varietate cod. Kenanensis (Book of Kells) et cod. Durmachensis (Book of Durrow)*, Dublinii a. 1884, partes 2, pp. xlii et 379 cum tabula, et 379 bis—863 cum tabula e codice Usseriano altero; cf v. cl. Samuel Berger, *Revue celtique*, Parisiis, vol. 6 (a. 1883—1885), p. 348—357.

S: Mediolani Ambrosianus C. 73 inf.
saec.VI, 23×20, membr, foll. 4: *Lc* 17,3—29 18,39—19,47 20,46—21,22 paucis omissis; textus videtur Europaeae esse versionis.

Editus est a v. cl. A. M. Cerianio, *Monumenta sacra et profana ex codicibus praesertim bibliothecae Ambrosianae*,

Mediolani a. 1861, vol. 1, p. 1—8, et a v. cl. Wordsworthio, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, pp. xxxviii. xxxix et ccxxix—ccxlviii et 83—88.

t: Bernae bibl. univ. 611, foll. 143 et 144.

saec. VI, in fol, membr reser, foll. 2, coll. 2, ll. 23 (?):
Mc 1,2—23 2,22—27 3,11—18. Textus est Europaeae recensiois, codicibus ff-b-i propior quam ex una parte codici c vel a, multo propior quam ex altera parte codici e. *Mc* 1,11 om *ἐγένετο* cum s D ff mt 2,26 om *πῶς* cum BD.

V. cl. Hermannus Hagen, professor Bernensis, haec fragmenta detexit detectaque edidit „Ein Italafragment...“ in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, Lipsiae a. 1884, pp. 470—484. V. cl. Wordsworthius iterum qua solet accuratione edidit, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, pp. 40—41 et ccxlix—cccliv et 89—94.

v: Vindobonae caes. Lat. 502 in initio.

saec. VII, 23.5×16.5, membr, fol. 1: *Ioh* 19,27—20,11. Exscripserunt 24 et 25 Octobris anni 1887 edideruntque vv. ell. Wordsworthius et Henricus I. White, *Old Latin biblical texts. No. III*, Oxonii a. 1888, p. 161—166.

z: (W.-H.: = j) Saretianus sive Sarzannensis in ecclesia.

saec. V, in fol, membr, purpureo-argenteus, mut: continet fere *Ioh* 1,38—3,23 3,33—5,20 5,29—(6,49—7,32) 8,6—9,21; textus videtur Europaeae esse versiois. Dicitur a Rufino anachoreta Saretiano scriptus esse. Fuit codex in ecclesia illa iam anno 1585. V. cl. Guerrinus Amelli, bibliothecae Mediolanensis Ambrosianae vice custos, codicem descripsit, *Un antichissimo codice biblico Latino purpureo conservato nella chiesa di Sarezzano presso Tortona*, Mediolani a. 1872. Praebet Amellius e codice *Ioh* 3,5.6 4,6—8 9.10 11.12 14.15 16—18 19—21 5,4, et in mente habet totum mox edere.

(b.) Actus.

d: Cantabrigiensis, cf supra, p. 954.

Oxonii Laudianus, cf supra, p. 410—413. Andreas

e: Christianus Hwiid, *Libellus criticus . . . Hauniae* a. 1785, pp. 67—155, textum Latinum, ut videtur ex Hearnio haustum, edidit.

g (Apoc): Holmiae Gigas.
 saec. XIII: continet, inter alia, *Biblia sacra*; e Novo Testamento sunt Act et Apoc versionis veteris, fortasse Europaeae; exoptatum certe est versionis veteris Latinae hos libros integros habere; vix differt textus a textu quo Luciferus usus est vel a fragmento g² Mediolanensi, cf Westc.-Hort. *N. T.* [vol. 2] *Intr.* § 116 et *App.* p. 5. Textus Apocalypsis textui Vulgatae versionis multo propior est et indolis Italicae esse videtur.

Olim in Bohemia, anno 1648 belli praeda, una cum codice argenteo hodie Upsaliensi, Praga in Sueciam translatus est codex. Vir cl. Iohannes Belsheim Act et Apoc edidit in libro *Die Apostelgeschichte und die Offenbarung Iohannis in einer alten lateinischen Uebersetzung aus dem „Gigas librorum“ auf der königlichen Bibliothek zu Stockholm. Zum ersten Mal herausgegeben von J. B. Nebst einer Vergleichung der übrigen neutestamentlichen Bücher in derselben Handschrift mit der Vulgata und mit anderen Handschriften*, Christianiae a. 1879; cf v. cl. Oscarus de Gebhardt, *Theologische Literaturzeitung*, Lipsiae a. 1880, coll. 185—187.

g₂: Mediolani Ambrosianus.
 saec. X vel XI: Act 6,8—8,4. Textus Europaeae est recensiois.

Edidit v. cl. Cerianius, *Monumenta sacra et profana*, Mediolani, tom. 1, fasc. 2 (1866), p. 127.128.

m: Speculum, cf supra, p. 961.

reg (Apoc): Paris. nat. 6400 G, olim 5367.
 saec. VII, 24 × 18, membr rescriptus, foll. 33 (ex 193) (insunt in codice „Boethii et Isidori“ quaedam): Apoc 1,1—2,1 8,7—9,11 11,16—12,5 12,6—14 14,15—16,5. Act 3,2—4,18 5,23—7,2 7,42—8,2 9,4—23 14,5—23 17,31—18,19 23,8—24 26,2—27,13 1Pet 4,17—5,14 2Pet 1,1—2,6 1Ioh 1,8—3,20. Textus est Africanae recensiois; cf Westcottus Hortiusque *N. T.* [vol. 2] *Intr.* § 116, et *App.* p. 5, sub siglo h, et Hortius, *Classical Review*, Londinii a. 1889, p. 11.12.

Olim in monasterio s. Benedicti de Floriaco. Nonnulla ex Act capp. 3 et 4 edita sunt a Sabatario (cf supra, p. 954, adn. 1) vol. 3, p. 507. VanSittartus, *Journal of philology*, Londinii et Cantabrigiae, vol. 2 (a. 1869), p. 240—246,

et Apoc vol. 4 (a. 1872), p. 219—222, edidit locos a Sabatario neglectos. V. cl. Henricus Omont, *Bibliothèque de l'école des chartes*, Parisiis a. 1883, vol. 44, p. 445—451, folia duo ex Apoc edidit: Apoc 1,1—2,1 et 8,7—9,12. V. cl. Belsheimius fragmenta edidit in libro *Appendix epistularum Paulinarum ex codice Sangermanensi Petropolitano, in quo continetur I. Collatio epp Paulinarum cum cod. Cluromont. Parisiensi; II. Palimpsestus Parisiensis, fragmenta Act app., epp. Petri, ep. Ioh. primae, Apocalypseos Ioh., ex codice rescripto Parisiensi eruit et edidit* I. B. Christianiae a. 1887. V. cl. Samuel Berger doctissime de codice disseruit in actis *Revue de théologie et de philosophie*, Lausannae a. 1886, fasc. 6, p. 545—582, et fragmenta omnia denuo accuratissime edidit, *Le palimpseste de Fleury*, Parisiis a. 1889, pp. 45, cum tabula; cf quae Bergerus addidit in actis *Bulletin critique*, Parisiis a. 1891, p. 303 et 304, adu. 1. Cf etiam v. cl. Petrus Corsen, *Der Cyprianische Text der Acta apostolorum* [*Gymn. Schöneberg-Berolinense Occident.*] [Progr. 1892. No. 67.] Berolini a. 1892.

s: Vindob. caes. 16, olim Recent. 85, olim Bobbien.

saec.V, rescriptus: nonnulla ex *Act* capp. 23.27.28. *Iac* 1,1—5. 2,21.22 3,13—18 4,1.2 5,19.20 *1 Pet* 1,1—12.

Neapoli Vindobonam translatus a. 1717. Tischendorfius edidit, *Jahrbücher der Literatur, Anz.-Blatt*, Vindobonae vol. 120 (a. 1847), p. 36—43; item v. cl. Iohannes Belsheim, „Fragmenter af Apostlernes Gjeringer, Iakobs Brev og 1st Petri Brev i den aeldste latinske Bibeloversaettelse efter en Palimpsest i det keiserlige Hofbibliothek i Wien“ in actis *Theol. Tidsskrift for den evang. luth. Kirke i Norge*, ser. 3, Christianiae a. 1886, vol. 1,3, p. 307—326 (cohaeret hoc cum „Fragmenter“ etc *ibidem*, nova series, vol. 10, fasc. 3, p. 289—346?).

Oxonii Bodl. 3418, Selden. 30.

X₁: saec.VII vel VIII, 22.5×18, membr, unc, foll. 107, col. 1, ll. 24—26: *Act*; desunt 14,26—15,32; textus est bonae notae.

Bentleii γ_2 . V. cl. Westcottus descripsit, *Smith's Dictionary of the Bible*, ed. Amer. Novo Eboraco a. 1876, vol. 4, p. 3458^b, cum facs. Cf v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge*, Parisiis a. 1893, p. 44 et 398.

(c.) Epistolae catholicae.

ff: Petrop. caes. Q. v. I. 39, olim Sangermanensis 625, olim Corbeiensis.

saec. X, 24×19, membr, (Iac vol. 2, foll. 89—93): *Iac.*

Editus a Martianaeo (cf supra, p. 957, adn. 3) et ex Martianaeo a Sabatario et a v. cl. Iohanne Belsheim, *Das Evangelium des Matthaeus... Nebst einem Abdruck des Briefes Jacobi nach Martianaes Ausgabe von 1695*, Christianiae a. 1881, p. 61—69. V. cl. Oscarus de Gebhardt [Gebhardt. et Harnack.], *Barnabae epistula*, ed 2, Lipsiae a. 1878, p. XXIV—XXV, codicem accurate descripsit. Anno demum 1883 edidit Belsheimius hanc epistolam e codice, *Der Brief des Jakobus in alter lateinischer Uebersetzung...* Christianiae a. 1883, pp. 15 (ex actis *Theologisk Tidsskrift for den evangelisk-lutherske Kirke i Norge*, nova series, vol. 9, fasc. 2). Cf etiam v. cl. Iohannes Wordsworth, „The Corbey St. James (ff), and its relation to other Latin versions, and to the original language of the epistle“ in libro *Studia biblica*, [vol 1,] Oxonii a. 1885, p. 113—150; suspicatur Wordsworthius epistolam lingua Aramaica scriptam esse; — in eodem libro habes praeterea, p. 233—263 disquisitionem viri cl. Guilelmi Sanday de eodem codice.

Monacensis reg. Clm. [6220.6230.6277] 6436 olim Q: Frisingensis 236.

saec. VI: *1Pet* 1,8—19 2,20—3,7 4,10—*2Pet* 1,4 *1Ioh* 3,8—5,21; textus teste Zieglero idem videtur esse atque textus quo Fulgentius Ruspensis (a. 468—533) usus est; Westcottus Hortiusque quaerunt, num forte Italicae sit recensio.

1 Pet 1,8—19 et 2,20—3,7 exstant in farina qua membranae olim libri Clm. 6230 tegumento agglutinabantur unde v. cl. Zieglerus verba, speculo inversa, microscopio inspecta, edidit, *Bruchstücke einer vorhieronymianischen Uebersetzung der Petrusbriefe*, Monaci a. 1877. Frustula textus 1 Pet 4,10—2 Pet 1,4, olim in tegumentis librorum Clm. 6220.6277 erant; Zieglerus fragmenta legit, coniectura textum fere integrum restituit, textum restitutum in eodem libro edidit. Ex eodem codice vetere habemus 1 Ioh 3,8—5,21, folia 23 et 24 in libro Clm. 6436, cf infra Paul r, quae edita sunt a Zieglero in libro ibi laudato. Plurimi aestimanda sunt folia haec, ut quae post Speculum (m), post Pseudo-Hieronimi prologum in Cath (in codice Fuldensi, cf infra, p. 987), post codicem Cavensem saec. IX (cf infra, p. 985), post Fulgentii scripta saec. VI, post Vigilii scripta saec. V praeclare originem commatis 1 Ioh 5,7 testentur.

s: cf ad Act; Tischendorfius legit *Iac* 1,1—5 [Eichenfeldius 2,21.22, *Jahrb. d. Lit. Anz.-Blatt*, vol. 26, p. 35] 3,13—18 4,1.2 5,19.20 1 Pet 1,1—12.

(d.) Epistulae Paulinae.

d: Claromontanus, cf supra, p. 419—422, D^{paul}. Editus a Sabatario, sed non accurate; Tischendorfius edidit. Cf v. cl. Petrus Corsen (ut infra, cod. f).

e: Petropolitanus, olim Sangermanensis, cf supra, p. 423—424 E^{paul}. Editus a Sabatario, sed non accurate. V. cl. Iohannes Belsheim edidit, *Epistulae Paulinae ante Hieronymum Latine translatae ex codice Sangermanensi Gr.-Lat., olim Parisiensi, nunc Petropolitano*, Christianiae a. 1885, pp. VII et 87, cum tabula.

f: Augiensis, cf supra, p. 424—426, F^{paul}. Editus a Scrivenero. V. cl. Zieglerus, *Italafragmente der Paulinischen Briefe*, p. 28, adn. 2, testatur codicem Augiensem textum cum textu Vulgatae versionis non congruentem solis in libris Rom et 1 Cor praebere; in ceteris versionem Vulgatam

paucis variatis exhibere. Hortius hunc codicem accuratius examinare voluit; putavit totum habere originem e Vulgata admixtis lectionibus veteris Latinae; cf praeterea quae disseruit in actis *Journal of Philology*, a. 1871, vol. 3, p. 68. Cf etiam v. cl. Petrus Corsssen, *Epistularum Paulinarum codices Graece et Latine scriptos Augiensem Boernerianum Claromontanum examinavit inter se comparavit ad communem originem revocavit* P. C. *Specimen primum ad programma gymnasii Ieverensis additum* (Kiliae a. 1887). [Progr.-No. 618.]; *Spec. alt.* a. 1889 [Progr.-No. 629]; — v. cl. Fridericus Zimmer, „Der Codex Augiensis F^{paul} eine Abschrift des Boernerianus G^{paul}“ in actis *Zeitschrift für wiss. Theologie*, XXX, Lipsiae a. 1887, p. 76—91.

g: Boernerianus, cf supra, p. 426—429. Editus a Matthaio. Putavit Hortius g habere originem duplicem alteram e textu veteri Latino puro alteram e textu mutato. Cf Hermannus Rönsch, „Die Doppelübersetzungen im lateinischen Texte des Codex Boern. der Paul. Briefe“, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, XXV, Lipsiae a. 1882, p. 488—509, XXVI, a. 1883, p. 73—99 et 309—344; — v. cl. Petrus Corsssen (ut supra, cod. f).

gue: Guelferbytanus Weissenburg. 64. 15,3—13.
saec. VI, rescriptus: *Rom* 11,33—12,5 12,17—13,1 14,9—20

Editus a Knittelio (cf supra, p. 387) *Uphilae versio Gothica nonnullorum capitum ep. Paul. ad Rom. etc*, Brunsvigae a. 1762 cum Gothicis, et a Tischendorfio, *Anecdota etc*, Lipsiae a. 1855, p. 153—158.

m: Speculum, cf supra, p. 961.

Monacensis reg. Clm. 6436 et univ (num. ?) olim

r: Frisingensis 236.

saec. VI, folia 26 ex codicum tegumentis ab I. Andr. Schmellero protracta: *Rom* 14,10—15,13 *1 Cor* 1,1—27 1,28—3,5 6,1—7,7 15,14—43 16,12—27 *2 Cor* 1,1—2,10 3,17—5,1 7,10—8,12 9,10—11,21 12,14—13,10 *Gal* 2,5—4,3 6,5—17 *Eph* 1,1—13 1,16—2,16 6,24 *Phil* 1,1—20 *1 Tim* 1,12—2,15 5,18—6,13 *Heb* 6,6—7,5 7,8—8,1 9,27—11,7. Textus videtur Italiae esse versionis quam Augustinus amavit.

Tischendorfius primus nonnulla legerat anno 1856 et in editione Novi Testamenti sua septima adhibuerat, *Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft und christliches Leben*, a. 1857, num. 8, p. 57—61. V. cl. Leo Zieglerus omnia edidit, *Italafragmente der Paulinischen Briefe etc.*, Marburgi a. 1876. V. cl. Carolus Schnorr de Karolsfeld reperit anno 1892 in bibliotheca universitatis Monacensis folia duo alia huius codicis, quae v. cl. Wölfflin. edidit addita commentatione philologica;¹ continent Gal 3,5—4,3 6,5—17 Eph 1,1—13.

r²: Monacensis reg. Clm. 6436, olim Frisingensis 236.
saec. VII: *Phil* 4,11—23 *1Thess* 1,1—10.

Haec detexit et edidit v. cl. Zieglerus (ut cod. r).

r³: Gottvici.
saec. ?, membr, foll. 2: *Rom* 5,16—6,4 6,6—6,19 *Gal* 4,6—19
4,22—5,2. Recensionis est textus Europaeae (?).

Hermannus Rönseh edidit „Italafragmente des Römer- und Galaterbriefes aus der Abtei Göttweig. Textabdruck nebst Einleitung und kritischen Anmerkungen“ in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, XXII, Lipsiae a. 1879, p. 224—238; cf v. cl. Samuel Berger, *Bulletin critique*, VII, 5, Parisiis 1 Martii a. 1886, pp. 89—90.

X₂: Oxonii Bodl. Laud. Lat. 108. E. 67.
saec. IX: *Paul*; desunt Heb 11,34—13,25; textus ter correctus est; saepe eum d consentit; 1.2Thess praecedunt epistulam ad Col, cf Augustinus, *de doctrina christiana* 2,13; descriptus a v. cl. Westcotto (cf supra, p. 966.967, cod. x₁).

(e.) Apocalypsis.

g: Holmiensis Gigas qui solus Apoc integram praebet;
cf supra, p. 965, cod. g^{act}.

m: Speculum, cf supra, p. 961.

¹ Wölfflin, „Neue Bruchstücke der Freisinger Itala“ in actis *Sitzungsberichte der philosophisch-philologischen und der historischen Classe der königlich bayerischen Akademie der Wissenschaften zu München*, Monaci a. 1893, fasc. 2, pp. 253—280.

reg: Parisiensis, cf supra, p. 965. Westcotti Hortiique est h, recensionis Africanæ.

Apocalypsis haurienda est ex commentario Primasii, cf infra, caput X, 2, sub nomine Prim.

b. VULGATA.¹

Anno ut videtur 382, cognita textus bibliorum Latini corruptione atque confusione, poposcit Damasus papa ab Hieronymo Stridonensi ut textum novum Latinum ex veteris codicibus componeret, ne veritas ex illa verborum variatione damnum caperet. Hieronymus sollicita mente opus arduum suscepit atque anno iam 384 fautori et principi obtulit partem operis primam „evangelia . . . codicum Graecorum emendata conlatione, sed veterum. Quae ne multum a lectionis Latinae consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus ut his tantum quae sensum videbantur mutare correctis reliqua manere pateremur ut fuerant“. Evangelia quae sane cura maxima egebant accurate secundum propositum restauravit. Ceteri vero Novi Testamenti libri annis ut videtur proximis vel etiam proximo anno recensiti non tam diligenter emendati sunt; recensio horum textus nova vix praebet novas lectiones e Graeco ductas sed solas elocutiones politiores atque cultiores Latinas. Plerisque valde

¹ Praeter libros supra, p. 949, laudatos, cf Aug. Calmetus, „Dissertatio in Vulgatam“, *Prolegomena* etc, tom. 2, Lucae a. 1729, *App.*, p. 390—397; — v. cl. O. F. Fritschius, apud Herzogum (ut supra, p. 949), vol. 8, pp. 445—472; — Georgius Riegler, *Kritische Geschichte der Vulgata*, Sulzbachiae a. 1820 (hic liber scriptus est ita ut responderet ad quaestionem a Leandro van Ess anno 1814 cum praemio propositam iisdem verbis quibus hic anno 1824 in titulo suo usus est; cf praefationes Riegleri et Leandri van Ess); — Leander van Ess, *Pragmatisch-kritische Geschichte der Vulgata im Allgemeinen, und zunächst in Beziehung auf das Tridentische Decret. Oder: Ist der Katholik gesetzlich an die Vulgata gebunden?* Tubingae a. 1824; — Carolus Vercellone, *Variae lectiones*, Romae, vol. 1, a. 1860, vol. 2 a. 1864; — v. cl. Franciscus Kaulen, *Geschichte der Vulgata*, Moguntiae a. 1868.

displicuit nova versio¹, quae quamquam tempore Gregorii Magni (mort. a. 604) sedes apostolica translatione utraque utebatur vix tandem, quod saepe asseveratur, saeculo nono principatum tutum tenebat; nam Anglo-Saxones veteris versionis tenacissimi erant et iam vidimus codicem *c* veteris versionis Colbertinum saeculo undecimo exscriptum esse. Nomen Vulgatae olim versionis Veteris Testamenti Graecae quae dicitur LXX virorum, tum Latinae eiusdem translationis proprium erat, denique versioni Hieronymi adtributum est, ut videtur non ante saeculum septimum; quo loco primum huic versioni adnexum sit non habeo dicere, sed Rogerus Bacon (nat. a. 1214, mort. a. 1294) versionem sine nomine descripsit his verbis: „haec quae vulgatur apud Latinos“ et „illa quam ecclesia recipit his temporibus“.² Erasmus in Novi Testamenti sui editione altera, anni 1519, ad marginem Apologiae praefixae, p. 64, scripsit „*Vulgata* novi testamenti aeditio, Hieronymi non est“. Vulgatae titulo plena accessit auctoritas per decretum concilii Tridentini die 8 mensis Aprilis anni 1546 datum.

¹ Quod Hieronymus iam praeviderat cum scriberet: „Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen adsumpserit, et a saliva quam semel inbibit viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere mutare corrigere?“

² Haec duo Baconis dicta apud Fritzscheium, (ut supra), p. 448. Videsis *Fr. Rogeri Bacon opera quaedam haecenus inedita*, Londinii, vol. 1 (a. 1859): in libro *compendium studii*, cap. 8, p. 485, dicitur de erroribus „quos reprehendit [Hieronymus] in translatione *vulgatae*“, eodem vero capite, p. 484, appellatur illa versio corrigenda „translatio antiqua“. Capite 6, p. 436. 437, legimus de loco quodam versionis Hieronymianae: „moderni vero theologi, Hebraeum ignorantes, tenent interpretationem *vulgatam*“, spectant autem haec magis ad vocabulum quam ad versionem, cum sequatur „quae nulla est“. Item scripsit p. 92: „Nam pro maiori parte [textus] est corruptus in exemplari vulgato, quod est Parisiense“. In illo Baconis tomo multa de versione Latina aeque ac de ingenio linguarum Hebraicae Graecae Latinae inveniuntur. Cf Martinus (ut infra, p. 973, adn. 1).

At textus Hieronymianus non sine macula ad tempora concilii Tridentini venerat, neque-ut ita dicam-Hieronymi fuit textus iste omnino permixtus quem approbavit concilium. Iam Cassiodorius (clar. a. 550) textum depravatam corrigere aggressus est. Carolus Magnus¹ Alcuino eundem laborem permisit et accepit ab eo exemplar emendatum anno 801. Theodolfus² episcopus Aureliensis (a. 787

¹ De textus versionis Vulgatae historia, praesertim de opere emendationis sive correctionis scripserunt Carolus Vercellone, „Dei correctorii biblici della biblioteca Vaticana“ in libro *Dissertazioni accademiche di vario argomento*, Romae a. 1864, pp. 35—46; — Albertus Dressel, „Die vatikanischen Correctorien der Vulgata“ in actis *Theologische Studien und Kritiken*, Gothae a. 1865, vol. 1, pp. 369—374; — v. cl. Samuel Berger, „Des essais qui ont été faits à Paris au treizième siècle pour corriger le texte de la Vulgate“ in actis *Revue de théologie et de philosophie*, Lausamae a. 1883, Jan., pp. 41—66, et *De l'histoire de la Vulgate en France*, Parisiis a. 1887, pp. 16, et novissime atque locupletissima, *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge*, Parisiis a. 1893, pp. XXIV et 443; — v. cl. Iacobus Isidorus Mombert, „Emendations and corrections“ in actis *Journal of the society of biblical literature and exegesis*, Jun. et Dec. a. 1884, p. 93—125; — I. P. P. Martinus, „La Vulgate latine au XIII^e siècle, d'après Roger Bacon“ in actis *Le Muséon*, VII, Lovani a. 1888, p. 88—107, p. 169—196, p. 278—291, p. 381—393, et „Le texte parisien de la Vulgate latine“ in actis *Le Muséon*, VIII, a. 1889, p. 444—466, IX, a. 1890, p. 301—316; — v. cl. Henrius Denifle, „Die Handschriften der Bibel-Correctorien des 13. Jahrhunderts“ in actis *Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, IV, Friburgi in Brisgovia, a. 1888, p. 263—311 et 471—601 (nondum absoluta est dissertatio): — v. cl. Eberhardus Nestle, „Die Hirschauer Vulgata-Revision“ in actis *Theologische Studien aus Württemberg*, X, Ludwigsburgi a. 1889, p. 305—311; — v. cl. L. Salembier, *Une page inédite de l'histoire de la Vulgate*, Ambiani a. 1890, pp. XVI et 98 ex actis *Revue des sciences ecclésiastiques*.

² Cf v. cl. Leopoldus Delisle, „Les bibles de Théodulf“ in actis *Bibliothèque de l'école des chartes*, XL, Parisiis a. 1879, p. 5—43.

—821), Langfranc archiepiscopus Cantabrigiensis (a. 1069—1089), Stephanus II Harding¹ episcopus Cisterciensis (mort. a. 1134), cardinalis Nicolaus (a. 1150) suo quisque modo hic illic menda sustulerant. Saeculo vero tertio decimo prodierunt correctoria biblica, primum facultatis theologiae Parisiensis, anno circiter 1230, etiam Senonense dictum quod ab archiepiscopo Senonensi in Galliae usum approbatum est, posterius ordinis praedicatorum sive Dominicanorum auspiciis Hugonis de sancto Caro anno circiter 1236 vel 1240, aliud denique ordinis fratrum minorum vel Franciscanorum atque ordinis Carthusianorum. Viriliter reprobavit vir doctissimus Rogerus Bacon († 1294) anno circiter 1266 textum maculatum, dixitque de anonymo quodam, qui per quadraginta annos textui corrigendo operam navaverat, auctore ut videtur Correctorii Vaticani.² Haec correctoria laudabant lectiones e Graecis codicibus et lectiones ab antiquis scriptoribus comprobatas.³ Qui tamen transcribebatur textus non melior factus in peius ibat.

¹ I. P. P. Martin, *Saint Étienne Harding et les premiers recenseurs de la Vulgate latine Théodulfe et Alcuin*, Ambiani a. 1887 (prodiitne haec dissertatio primum in actis *Revue des sciences ecclésiastiques*, a. 1887?).

² Cf Martinus (ut supra, p. 973 adn. 1), qui tamen Baconis verbis plus quam aequum est fidei habet. Optime sane ita de correctione generali scripsit Baco (ut supra, p. 972, adn. 2), p. 93—94: „Et in hoc aggravatur haec corruptio, quod quilibet corrigit pro sua voluntate. Nam quilibet lector in ordine Minorum corrigit ut vult; et similiter apud Praedicatores; et eodem modo saeculares. Et quilibet mutat quod non intelligit, quod non licet facere in libris poetarum. Sed Praedicatores maxime intromiserunt se de haec correctione. Et iam sunt viginti anni et plures quod praesumpserunt facere unam correctionem, et redegerunt eam in scriptis. Sed postea fecerunt aliam ad reprobationem illius; et modo vacillant, plus quam alii, nescientes ubi sunt. Unde eorum correctio est pessima corruptio et destructio textus dei; et longe minus malum est et sine comparatione uti exemplari Parisiensi, non correcto, quam correctione eorum vel aliqua alia“.

³ Correctoria quae sequuntur enumerat v. cl. Henricus

Anno 1440, quo fere tempore (cf supra, p. 202—203) editio princeps versionis Vulgatae prodiiit, contulit Laurentius

Denifle in actis *Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, Friburgi in Brisgovia, a. 1888, p. 264—266. Hoc loco dantur ut facilius quisque ad correctiorum studium vocetur. Distinctiones classium A—N apud Denifleium inveniuntur.

Austria.

Vindobonae caes. Lat. 1217: a. 1434, fol. 2 ss. Classis A.

— — Lat. 1612: saec. XIII—XIV, fol. 1 ss. Classis D.

Gallia.

Parisiis arsenalis 94: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis A.

— — 131: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis G.

— nat. Lat. 3218: saec. XIII, fol. 137 ss. Classis A.

— — Lat. 15554: foll. 1—146. Classis C.

— — —: foll. 147—253: Classis F.

— — Lat. 16719—16722: saec. XIII. Classis B.

Tolosae urbis 61: saec. XV, fol. 1 ss. Classis M.

— — 402: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis D.

Germania.

Cusae hospitii, Fol. 13: a. 1446, fol. 1 ss. Classis A.

Lipsiae univ. 105: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis A.

Norimbergae urbis Cent. I. 47: saec. XIV exeuntis, foll. 110—126. Classis A.

— — Cent. I. 47: saec. XIV exeuntis, fol. 127 ss. Classis L.

Helvetia.

Eremitarum Coenobii (Einsiedeln), MS. 28: saec. XIV?, fol. 49 ss: excerpta. Classis N.

— — MS. 28: saec. XIV, fol. 171 ss: excerpta. Classis D.

Hispania.

Seviliae Colombinae, V. 129.8: saec. XIII—XIV, fol. 1 ss. Classis D.

Italia.

Florentiae Laurentianae Plut. XXV, sin., MS. 4: saec. XIII?, foll. 101—107 mut. Classis E.

— — — foll. 108^b—178: saec. XII. Classis D.

— — — fol. 211 ss. Classis G.

Paduae Antonianae 492: saec. XIV. Classis K.

Romae Borgesianus (? Burghes.) 82: saec. XIV: correctoria duo. Classis I.

— Vat. Lat. 3466: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis D.

— — Lat. 4240: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis E.

Valla¹ (della Valle) codices Graecos ut textum Latinum corrigeret, et Erasmus anno 1505 adnotationes Vallae edidit.² Editiones³ tamen quae primae textum re vera e codicibus emendatum et variis lectionibus ornatum prae-buerunt, si negligere licet biblia Polyglotta Complutensia, prodierunt apud Robertum Stephanum Parisiis a. 1528. 1532. 1534. 1540. 1545. 1546, Genevae a. 1555. 1557; optima est editio anni 1540.⁴

Decretum illud concilii Tridentini anno 1546

— — Ottob. 293: saec. XIII—XIV, fol. 1. Classis A.

Taurini univ. I. V. 2: saec. XIII, fol. 1 ss. Classis A.

— — K. V. 39: saec. XIV, fol. 1. Classis D.

Venetiae Marc. Lat. cl. I. cod. 140: saec. XIV, fol. 85 ss.

Classis D.

— — — cod. 141: saec. XIII, foll. 1—119. Classis D.

— — — cod. 141: saec. XIII—XIV, foll. 121—390.

Classis H.

¹ Wagenmann, „Laurentius Valla“, *Herzog's Real-Encykl.* ed. 2, Lipsiae a. 1881, vol. 8, p. 491—495.

² Valla, *Annotationes in Latinam N. T. interpretationem ex collatione Graecorum exemplarium*, Parisiis a. 1505; „In N. T. ex diversorum utriusque linguae codicum collatione annotationes, cum primis utiles“, *Opera*, Basileae a. 1540, p. 803^b—895^b.

³ Non est quod hoc loco disseram de editionibus multis sine arte critica confectis quae iam saeculo quinto decimo publici iuris factae sunt; vide supra, p. 202—203. Cf v. cl. Waltherus Arthurus Copinger, *Incunabula biblica or the first half century of the Latin bible, being a bibliographical account of the various editions of the Latin bible between 1450 and 1500 with an appendix containing a chronological list of the editions of the sixteenth century*, Londinii a. 1892, (pp. X, 226; tabulae 54 in fol.) Autor, iuris consultus decretorum de libris librariisque optime peritus, vix satis peritus est scientiae quam dicunt bibliographicae.

⁴ Quo modo Stephanus in his editionibus orrandis codices in consilium vocaverit, optime discitur e discursu viri clarissimi praedecessorem illum pie memorantis Iohannis Wordsworth, *Old Latin biblical texts. No. I*, Oxonii a. 1883, p. 47—54: „Appendix I. Codices a Roberto Stephano (et Desiderio Erasmo) in editionibus bibliorum Latinorum adhibiti“.

datum incitavit viros ecclesiae Catholicae doctos ut accuratas editiones compararent. Iohannes Hentenius, adiuvantibus theologis Lovanensibus, textum Latinum variis lectionibus ornatum edidit auspiciis Caroli V imperatoris Lovanii a. 1547, quam editionem secuta est ornatior illa editio ab iisdem theologis curata duce Francisco Luca Brugensi¹ (unde *edd^{brug} Le^{brug}*) in bibliis polyglottis Antverpiensibus anni 1573.²

Editiones Sixtino-Clementinae.

Suspiciari licet, secundum Westcottum Hortiumque, recensionem textus Novi Testamenti, ne dicam biblici, in ecclesia Syriaca iam saeculo tertio factam esse, factamque statim auctoritate ecclesiae ita esse usu receptam ut exemplaria vetustiora non emendata brevi ad unum fere omnia reiecta videantur. De ecclesia Syriaca quod suspicamur, id in actis publicis quae dicuntur propalam legimus de ecclesia Romana. Editiones privata manu non auctoritate ecclesiastica institutae iam multae e prelo exierant, immo voluerat fortasse editio illa Lucae Brugensis editio esse ad mentem concilii Tridentini perfecta. Duodecim autem annis ante Polyglotta Antverpiensia publici iuris facta, nisi iam antea, moliti sunt viri docti Romani opera critica, vocaveruntque iam anno 1561 Paulum Manutium, Aldi illius illustri prolem, Romam, ut typis biblia et Latina et Graeca exprimenda curaret; per multos annos textum tum Graecum Veteris Testamenti tum Latinum bibliorum integrorum recensuerunt. Prodiit Vetus Testamentum Graece anno 1587, quo opere absoluto nihil antiquius habuit Sixtus V papa, quam ut biblia Latina omni

¹ Cf Paulus de Lagarde, *Die vier Evangelien arabisch aus der Wiener Handschrift herausgegeben*, Lipsiae a. 1864, p. XI, adn. †, ubi de *notationibus* Lucae dicit: „die allein brauchbare originalausgabe (Antwerpen 1580, 470 seiten klein quart) ist eins der seltensten und nützlichsten bücher, die ich kenne; für die kritik der lateinischen bibelübersetzungen geradezu unentbehrlich.“

² Cf supra, pp. 215.216.

modo emendaret. Constitutio „Aeternus ille“, die 1 Martii anni 1589 data, praefatio fuit editionis ipsius, anno 1590 ornatae, in qua constitutione statuit declaravitque Sixtus ex certa sua scientia deque apostolicae potestatis plenitudine „eam Vulgatam sacrae, tam veteris, quam novi Testamenti paginae Latinam editionem, quae pro authentica a Concilio Tridentino recepta est, sine ulla dubitatione, aut controversia censendam esse hanc ipsam, quam nunc, prout optime fieri poterit, emendatam et in Vaticana Typographia impressam . . . evulgamus, decernentes eam . . . pro vera, legitima, authentica et indubitata, in omnibus publicis privatisque disputationibus, lectionibus, praedicationibus, et explanationibus recipiendam et tenendam esse“. Nihilominus omnino non ad amussim erat editio ista Sixtina (unde vg^{sist}) nec tali praeconio digna. Motu et opera Bellarmini (qui inter alia ob tantam fraudem postea beatificationem sive canonisationem adipisci non potuit) editio refecta est quasi Sixtus ipse totum opus revocandum censuisset ac decrevisset, proditque anno 1592 auspiciis Clementis VIII manu Toleti typis Aldi Manutii, Pauli iam supra nominati filii. Annis 1593 et 1598 editiones emendatae publici iuris factae sunt. Textus huius editionis anni 1592 (1593 et 1598) Clementinae (vg^{clem} (unde vg^{clem} item vg et vg^{ed}) puritate editionibus omnibus vetustioribus praestabat, etsi minime purus erat textus, minime labore quo opus erat diligenti recensitus.¹

¹ Discrepantias harum duarum editionum, quarum utraque ecclesiae catholicae auctoritate munitur, notavit Thomas James, *Bellum papale sive concordia discors Sixti Quinti et Clementis Octavi circa Hieronymianam editionem*, Londinii a. 1600 (1606 et ut videtur saepius; exemplar Lipsiense annum habet 1678); Jamesius constitutionem „Aeternus ille“ repetit. Praeterea conferendi sunt Leander van Ess (ut supra, p. 971, adn. 1), Carolus Vercellone, *Variae lectiones Vulgatae Latinae bibliorum editionis*, Romae a. 1860, vol. 1. prolegomena, Westcottus apud Smithium (ut supra, p. 949, adn. 1).

Utinam papa Leo XIII tanta scientia tanta magnanimitate insignis curam in se suscipiat textus sacrosanctorum bibliorum Latini edendi. A Thomae operum cura transeat ad curam divinatorum scriptorum. Cura, opus ecclesia et papa dignum!

Sed redeundum est ab hac recensione ecclesiasticae auctoritatis plena ad editiones privata manu curatas. Anno 1693 prodiit editio a Martianaeo et Pouetio parata inter opera Hieronymi a monachis Benedictinis edita. Bentleius (a. 1720) qui primus versionis Latinae iuxta codices Latinos veteres repurgatae cum codicibus Graecis veteribus concordiam veri textus Graeci normam esse censuit, labore magno codices Latinos et ipse volvit et manu Walkeri volvendos curavit,¹ unde fit ut nemo usque ad Lachmannum Bentleio sociari possit alter. Vallarsius in operibus Hieronymi Veronae anno 1734 editis praebeuit textum bonum pro iis quos habuit codicibus. Lachmannus (unde al^{lach} = alii^{lach}; omn^{lach} = omnes^{lach}) initium fecit textus critica arte edendi in Novo Testamento suo anni 1841 (cf supra, p. 258). Quod Bentleius alta sibi mente proposuerat et per annos persecutus est nec tamen impetravit, nam editionem non confecit, hoc etsi finibus ut ita dicam artioribus conscriptum ad bonam finem perduxit Lachmannus, Bentleii discipulus ille spiritualis magistro ex omni parte dignus. Lachmannus socio Philippo Buttmann iuniore² codices Latinos excussit, ipse textum et lectiones varias adponendas curavit. Hodie plura praestanda sunt, plura praestitit Wordsworthius Bentleii et Lachmanni successor, Lachmannus vero honorem sibi habet ut qui

¹ Cf supra, p. 229—240, et v. cl. Westcottus apud Smithium (ut supra, p. 949, adn. 1), et v. cl. Wordsworthius, *Old Latin biblical texts. No. I*, Oxonii a. 1883, et Wordsworthii *Novum Testamentum . . . Latine*, pars 1, fasc. 1, Oxonii a. 1889, p. xv—xxvii.

² Vide supra, p. 258—266 et acta *Theologische Studien und Kritiken*, Gothae a. 1830, p. 817—845.

primus mente vere critica textum Latinum usque ad illud tempus purissimum confecerit atque lectionibus variis locupletatum ediderit.

Lachmanno, quod ad textum Novi Testamenti Graecum attinet, successit Tischendorfius; sed hic textum Latinum non denuo constituebat, contentus codices modo integros edere modo curiosius excutere, ut eorum testimonio in textu Graeco constituendo uti posset. V. cl. Westcottus inter vivos primus dissertatione egregia¹ rem totam dilucide illuminavit, ipse tamen textum Latinum edendum non curavit. V. cl. Petrus Corssen, qui diligentissime codices Latinos excussit, comparavit, eorum historiam eruere quaesivit, edidit Berolini anno 1885 epistolam ad Galatas² ita ut fieret exemplar in Novum Testamentum Latinum integrum edendum.

Iam vero die 2 Novembris anni 1882 prospectum quem dicunt scripserat Oxonii vir clarissimus Iohannes Wordsworth, tum temporis nisi fallor in collegio Aenei Nasi praeceptor, ex quo prospectu, qui inscriptus est „The Oxford critical edition of the Vulgate New Testament“, discimus anno circiter 1878 editionem Novi Testamenti Latini inchoatam, v. cl. Westcottum in consilium vocatum, codices correctoria conlationes Bentleio-Walkerianas diligenter excussas esse. Ne viri docti de textu antiquiore in dubio manerent suscepit praeterea Wordsworthius codicum veteris versionis nonnullorum editionem, de qua supra diximus,³ quae necessario textus constitutionem aliquamdiu impedivit, Wordsworthio ipso anno 1883 professore Oxoniensi facto, anno 1885 episcopo Sarisburiensi. Anno denique 1889 prodit

¹ Cf supra, p. 949, adn. 1.

² Corssen, *Epistola ad Galatas. Ad fidem optimorum codicum Vulgatae recognovit, prolegomenis instruit, Vulgatam cum antiquioribus versionibus comparavit* P. C. Berolini a. 1885, pp. 55. Cf v. cl. Samuel Berger, *Bulletin critique*, VII. 5, Parisiis a. 1886, 1 Martii,

³ Vide supra, p. 949, adn. 1.

Oxonii fasciculus primus huius editionis tam diu expectatae, tam laete consalutatae: *Norum Testamentum Domini nostri Iesu Christi Latine, secundum editionem sancti Hieronymi, ad codicum manuscriptorum fidem recensuit Iohannes Wordsworth, S. T. P., episcopus Sarisburiensis, in operis societatem adsumto Henrico Iuliano White, A. M., societatis s. Andreae, collegii theologici Sarisburiensis vice-principali. Partis prioris fasciculus primus: Evangelium secundum Matthaeum, Oxonii e typographeo Clarendoniano a. 1889, pp. xxxviii et 170; — fasc. 2, Me, a. 1891; — fasc. 3, Le, a. 1893.*

Praefatio de laboribus editorum, de codicibus et editionibus laudatis, de textus forma lucide refert. Pagina prima incipit epistula Hieronymi ad Damasum, cui succedit p. 5 monitum ille anonymum: „Sciendum etiam ne quis ignarum“ . . . , deinde p. 6 Eusebii epistula ad Carpianum, p. 7 Eusebii canones decem. His adduntur p. 11 prologus e commentario Hieronymi in Mt, p. 15 praefatio Matthaei ignoti auctoris: „Matthaeus ex Iudaeis“ . . . , p. 18 capitula in Mt in sex columnas divisa, p. 40 initium Mt e codice g¹, item e codice Sangallensi 49. Evangelium ipsum secundum Matthaeum paginas 41—170 implet. Textui evangeliorum duabus columnis et colis sive commatibus redacto adsociatur et textus codicis versionis veteris Latinae Brixiani f et apparatus criticus uberrimus. Codices qui sequuntur citantur ab editoribus in evangeliiis siglis adscriptis; addo paginas ubi infra invenitur uniuscuiusque descriptio:

- | | |
|---|------------------------------------|
| A: Amiatinus, am, p. 983. | L: Lichfeldensis, 139, p. 1001. |
| B: Bigotianus, 1237, p. 1054. | M: Mediolanensis, 2082, p. 1099. |
| Æ: Beneventanus, 240, p. 1007. | ℳ: Martini-Turonensis, mt, p. 990. |
| C: Cavensis, cav, p. 985. | O: Oxoniensis, bodl, p. 985. |
| D: Dubliniensis, 1968, p. 1092. | P: Perusinus, pe, p. 990. |
| Δ: Dunelmensis, 117, p. 1000. | Q: Kenanensis, 1972, p. 1093. |
| E: Egertonensis, mm, p. 989. | R: Rushworthianus, 502, p. 1018. |
| ℙ: Epternacensis, 1269, p. 1056. | S: Stonyhurstensis, 523, p. 1019. |
| F: Fuldensis, fuld, p. 987. | T: Toletanus, tol, p. 991. |
| G } : Par. nat. 11553 { g ¹ , p. 958. | U: Ultratraiectinus, 707, p. 1028. |
| g ¹ } : Par. nat. 11553 { 4276, p. 1056. | V: Vallicellianus, vallis, p. 991. |
| H: Hubertianus, 256, p. 1008. | W: Willelmi, 233 a, p. 1006. |
| Θ: Theodulfianus, 1266, p. 1056. | X: Corporis Christi, 19, p. 995. |
| I: Ingolstadiensis, ing, p. 989. | Y: Lindisfarnensis, 155, p. 1002. |
| J: Foroiuliensis, for, p. 986. | Z: Harleianus, harl, p. 988. |
| K: Karolinus, 242, p. 1007. | |

Faxit deus ut haec editio sine intercapedine ad finem perducatur. Ecclesia occidentalis, non excepta ecclesia Romana, gaudebit textu Hieronymi tandem post tot saecula quoad fieri poterit in integrum restituto.

Restat ut de codicibus Latinis referamus. Primo loco, id quod in his prolegomenis omnino necessarium est, pono catalogum codicum a Tischendorffio in apparatu critico citatorum. Deinde pauca ex innumera multitudine codicum adferam, minime nesciens catalogum integrum vix confici posse, cupiens tamen hoc modo partem illius multitudinis viris doctis ante oculos proponere, ut facilius de tota re in consilium eant. Ceterum non est obliviscendum saecula in catalogis bibliothecarum veteribus saepius sine rei paleographicae peritia codicibus tributa esse. Sperare licet fore ut viri clarissimi Wordsworthius, Whitius, Sandaeus, Bergerus, Corssenius, Zimmerus classes codicum certo modo componant, quibus classibus cognitis viri in unaquaque urbe docti quos ad manus habent codices inter se distinguere poterunt. Catalogus Caroli Vercellone¹ spectat maximam partem ad libros Veteris Testamenti. Catalogus v. cl. Westcotti² magui est momenti et iam typis mandavi excerpta ex eo, sed cum exhibeat distinctionem triplicem inter codices veteris Latinae et codices versionis emendatae et codices Vulgatae, quae distinctio apud Westcottum Hortiumque in Novi Testamenti editione non reperitur, satis erit hic illic catalogum citare. Viri clarissimi Bergeri catalogus codicum selectorum³ ad manum erit omnibus qui textui Latino operam navare velint.

¹ Vercellone, *Variae lectiones*, Romae a. 1860.

² Westcott, *Smith's Dictionary of the bible*, sub voce „Vulgate“ (vide supra, p. 949, adn. 1).

³ Berger, *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, pp. 374—422.

CODICES VULGATAE VERSIONIS

A TISCHENDORFIO LAUDATI.

(a.) Quattuor evangelia.

am: Florentiae Laurentianus olim Amiatinus 1.

anno circiter 700 scriptus, 50 × 34 × 20 (sine compagine), membr, foll. 1029, coll. 2, ll. 43 vel 44: *V. T. et N. T.*; textus maximi aestimandus lectiones multas Anglo-Saxonicas et Hibernicas exhibet.

Paulo ante annum 716 scriptus iussu Ceolfridi abbatis Girvensis, qui codicem Romam laturus in itinere mortuus est die 25 Septembris anni 716 Langonicae. Veri simile est codicem Romam perlatum esse a Ceolfridi comitibus, Diu monasterii montis Amiatae Cisterciensis fuit, deinde Florentiam translatus est. Angelus Maria Bandinius codicem uberrime descripsit, *Bibliotheca Leopoldina Laurentiana . . . [sive Supplementum ad catalogum . . . bibliothecae Laurentianae]* Florentiae, vol. 1 (a. 1791), coll. 617.701—732. Anno 1840 publici iuris fecit¹ Ferdinandus Florens Fleck conlationem cum editione Clementina ab ipso anno 1834 institutam adiuvantibus duobus amicis. Tischendorfius anno 1843 Tregellesius anno 1846 codicem accuratissime contulerunt, Tischendorfius schedas suas etiam cum schedis Tregellesii comparavit, unde anno 1850 (ed. repetita a. 1854) *Novum Testamentum Latine . . . ex celeberrimo cod. Amiatino . . .* Lipsiae edidit. Nostrae aetati reservatum est historiam codicis eruere, ducibus vv. cll. De Rossi, Corszenio, Hortio.

De codice Amiatino adendae sunt dissertationes hae: v. cl. K. L. F. Hamanni in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, Lipsiae a. 1873, p. 596 (censet codicem iuniorem esse); — Lagardii, *The Academy*, Londinii 2 Sept. a. 1882, vol. 22, p. 172 ab, et *Mittheilungen* [I], Gottingae a. 1884, pp. 379.380; — v. cl. Iohannis Baptistae De Rossi in actis *Bullettino di archeologia cristiana*, Romae a. 1882, pp. 137.159, et *Archives de l'orient Latin*, II,

¹ Fleck, *N. T. Vulgatae editionis*, Lipsiae a. 1840, cum lectionibus codicis Amiatini variis et praemissa de illo codice commentatione.

pp. 439—455, et „*Commentatio de origine historia indicibus scrinii et bibliothecae sedis apostolicae*“, Romae a. 1886 ex volumine primo de bibliotheca Palatino-Vaticana, pp. I—CXXXII, et inprimis „La bibbia offerta da Ceolfrido abbate al sepolero di s. Pietro, codice antichissimo tra i superstiti delle biblioteche della sede apostolica“, p. 1—22, cum tabula (cf etiam faesimile apud Zangemeisterum et Wattenbachium, *Exempla codicum Latinorum*, Heidelbergae a. 1876, tab. 35) in libro „*Al sommo pontefice Leone XIII omaggio giubilare della biblioteca Vaticana*“, Romae a. 1888; — v. cl. Petri Corsen, „Die Bibeln des Cassiodorus und der Codex Amiatinus“ in actis *Jahrbücher für protestantische Theologie*, Lipsiae a. 1883, vol. 9, p. 619—633, et *Epistula ad Galatas, ad fidem optimorum codicum vulgatae recognovit, prolegomenis instruxit, vulgatum cum antiquioribus versionibus comparavit* P. C. Berolini a. 1885, p. 7.8, et „Der Codex Amiatinus und der Codex grandior des Cassiodorus“ in actis *Jahrbücher für protestantische Theologie*, XVII, 4, Lipsiae a. 1891, pp. 611—644; — Ernesti Ranke, „Blicke auf die Geschichte der lateinischen Bibel im Mittelalter“ in actis *Theologische Literaturzeitung*, Lipsiae a. 1886, num. 26, coll. 611—621; a. 1887, num. 12, coll. 268—278; num. 16, coll. 379—385; — v. cl. Samuelis Berger in actis *Revue celtique*, vol. 6, p. 352, *Bulletin critique*, Parisiis a. 1886, p. 85ss, *De l'histoire de la Vulgate en France*, Parisiis a. 1887, p. 4; — v. cl. Ludovici Duchesne, *Bulletin critique*, Parisiis a. 1886, 1 Septembris, p. 323; — v. cl. Leopoldi Delisle, *Bibliothèque de l'école des chartes*, Parisiis a. 1885, (46), p. 318, a. 1886, (47), p. 670, a. 1887, (48), p. 171.172, et *Compte-rendu de l'académie des inscriptions et belles-lettres*, Parisiis a. 1887, p. 150.151; — v. cl. Iohannis Wordsworth, „The date and history of the great Latin bible of Monte Amiata“ in actis *The Academy*, Londinii a. 1887, 12 Februarii, p. 111c—113b (et in actis *The Guardian*, Londinii a. 1887, 16 Februarii, p. 263abc). Huic dissertationi successerunt epistulae virorum ell. Guilelmi Sanday, Martini Rule, Henrici Iuliani White, Fentoni Iohannis Antonii Hort, E. Maundii Thompson, G. F. Brownii, K. L. F. Hamanni, I. O. Westwoodi, Petri Corsen in actis *The Academy*, Londinii a. 1887, 19 Febr., p. 130c—131c; 26 Febr., p. 148a—150c; 5 Mart., p. 165c—167b; 12 Mart., p. 183c—184c; 30 Apr., p. 309a—310b; 7 Maii, p. 327bc; 11 Iunii, p. 414a—415c; a. 1888, 7 Apr., p. 239c—240b; 14 Apr., p. 257c—258a; 5 Maii, p. 307c—308b; 26 Maii, p. 361bc; a. 1889, 19 Ian., p. 41a—43a; 26 Ian., p. 59ab. — V. cl. Henricus Iulianus White totam rem recognovit „The codex Amiatinus and its birth-place“ *Studia biblica et ecclesiastica*, vol. 2, Oxonii a. 1890, pp. 273—308, appendice manu v. cl. Guilelmi Sanday addito „The Italian

origin of the codex Amiatinus and the localizing of Italian MSS⁶⁶, pp. 309—324. Cf etiam v. cl. Theodorus Zahn, *Geschichte des Neutestamentlichen Kanons*, vol. 2, pars 1, pp. 278—284; v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate* etc, Parisiis a. 1893, pp. 37—38.201.

monasterii S. Andreae secus Avenionem. Tischendorfius aliquot huius codicis lectiones hausit ex libris Martianaci (cf. supra, p. 957, adn. 3) et Calmeti (cf. supra, p. 958).

bed: codex vel codices quos Beda obiter citat.

bodl: Oxonii Bodleianus 857 vel D. 2. 14.

saec. VII: *Err*; desunt Mt 1,1—4,14 8,29—9,18 Ioh 21,15—25.

Similis est codici 19 (vide infra, p. 995). Westcotto 27. Wordsworthio O. Contulerunt vv. cl. I. S., F. Madan, G. M. Youngman.

cav: Cavensis MS. 14.

saec. IX, 32 × 26.5, membr, foll. 303, coll. 3, ll. 54; V. T. et N. T.; textus est Vulgatae versionis lectionibus Hispanicis admixtis.

Manu Danilae scriptus. Est in monasterio s. Trinitatis ordinis s. Benedicti Cavae (prope „Corpo di Cava“ prope Neapolim. Laudatus est in libro *Lettera dell' abbate de Rozau su de' libri e msc. preziosi conservati nella biblioteca della ss. Trinità di Cava de' Tirreni*, Neapoli a. 1822, p. 128 ss. Perlustratus a Tischendorfio. V. cl. Leo Zieglerus qui codicem a. 1874 adiit adseverat textum non Vulgatae versionis textum purum esse, *Bruchstücke* (ut supra, p. 968) p. 653—660. Teste Zieglero volebant monachi Cavenses codicem edere. Apographum iussu Leonis XII factum in bibliotheca Vaticana servatur num. 8484. V. cl. Iohannes Wordsworth Novum Testamentum annis 1878—1879 contulit; in editione sua Novi Testamenti Latini insignitur hic codex siglo C. Cf v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, p. 14 et 379.

demid: Demidovianus

saec. XII vel XIII, in fol, membr, foll. 272, coll. 2: *Biblia* (Ev P Ae C Ap).

Fuit Pauli, Gregorii filii, a Demidow. Matthaeius (vide supra, p. 249—251) Novum Testamentum totum edidit in N. T. Gr. suo, cf eius *Cath* p. xxx—xxxiii.

em: Monacensis reg. Clm. 14000, olim IV.33, olim sancti Emmerami Ratisbonae.

a. 870, 42×32, membr, unc, foll. 126, coll. 2, ll. 40, auro scriptus, mirabilem in modum piet: *Err.*

Anno 870 manibus Berengarii et Liuthardi iussu Caroli Calvi scriptus. Fuit olim monasterii sancti Dionysii prope Parisios. Arnulphus imperator monasterio s. Emmerami dono dedit. Monachus Benedictinus, professor Ratisbonensis, Colomannus Sanftl librum scripsit, *Dissertatio in aureum ac pervetustum ss. evangeliorum codicem ms. monasterii s. Emmerami Ratisbonae*, Ratisbonae a. 1786 (ff. 8), pp. 252, (ff. 2), cum tribus tabulis, in quo plenissime de hoc codice disseruit et lectiones varias etiam ex aliis codicibus exhibuit, quas Tischendorfius sub em, erl, iac, trevir attulit. Num Tischendorfius codicem „alterum“ s. Emmerami attulit (cf Sanftlius p. 73, adn. c), nescio. Cf v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la Vulgate*, Parisiis a. 1893, p. 295—297 et 396.

erl: Erlangensis: *Err.* Augustus Fridericus Pfeiffer, professor Erlangensis, lectiones nonnullas varias ex hoc codice exhibuit in opusculo *Beiträge zur Kenntniss alter Bücher und Handschriften. I*, Curiae Variscorum a. 1783, unde Sanftlius (ut supra, cod. em), p. 76, adn. d, hausit, et ex Sanftlio Tischendorfius. Cf infra, p. 1069, cod. 1525.

for: Foroiuliensis

saec. VI vel VII: (cum fragmentis Marci Pragensibus et Venetis) *Err*; desunt Ioh 19,29—40 20,19—21,25.

Editus est (praeter Pragensia et Veneta) a Blanchino (cf supra, p. 953, adn. 3) append. p. cdlxxiii—dlxi. Dobrowskius edidit Pragensia (unde prag) Mc12,21—16,20 anno 1778 (cf supra, p. 185, adn. 2). Fragmenta Veneta (Mc alia pars) paene deperierunt; cf Sebastianus Seemiller, *Programm . . . Ingolstadii* a. 1784. Teste v. cl. Van-Sittarto, *Journal of Philology*, Londinii et Cantabr. a. 1869, vol. 2, p. 245, codici Foroiuliensi similis est codex evan-

geliorum Parisiensis nat. 17226. A v. cl. Wordsworthio
N. T. Lat. siglo J insignitus est codex Foroiuliensis.

fos vel foss: Fossatensis Sangermanensis, hodie Paris. nat.
Lat. 3.

saec. VIII, 48.5 × 37.5, membr, foll. 409, coll. 2, ll. 52: *V. T.*
 et *N. T.*; textus est Alcuinianus.

Scriptus a quodam e schola Turonensi, erat ut iam
 saeculo decimo creditum est comitis Rorigon qui codicem
 abbatiae sancti Mauri ad Ligerim (monasterio Glannae
 sive Glannafolio) dono dedit. Postea erat monasterii
 s. Mauri ad Matronam sive Fossatensis, deinde factus
 est Sangermanensis. Laudatus a Sabatario (cf supra,
 p. 954, adn. 1), vol. 3, p. XXXV, quem secutus est
 Tischendorfius. Cf v. cl. Samuel Berger, *Histoire de la*
Vulgate, Parisiis a. 1893, p. 213—215 et 400.

fu vel fuld: Fuldensis.

saec. VI: continet *N. T.* totum, sed Evv in harmoniam
Continent fragmenta haec: *Matt* 3,11 5,8 5,15—6,32 7,12—10,1 10,23—11,25 25,38—26,3 26,65—27,19.42—66 *Marci* 1,1—6,30 6,53—12,38 13,16—29 14,4—16 14,41—16,12 *Lucae* 1,1—10,30 14,9—16,24 17,3—20,46 *Iohannis* 1,29 3,3—5.23—26.29—32 5,21—23.35—38 5,45—11,47 12,1—49 13,11—19,13 *Rom* 6,23 7,1—8,10 8,34—11,1 11,11—12,5 12,8—14,5.9—20 15,3—13 16,21—24 *1 Corinth* 1,12—25 4,2—12 5,3—6,1 7,5—28 8,9—9,9 9,19—10,4

10,15—11,6.21—31 12,10—22 13,1—12 14,20—27 15,1—35.46—
 16,24 *2 Corinth* 1,1—13,13 *Galat* 1,1—7 1,20—3,6 3,27—6,18 *Ephes*
 1,1—5,11.17—29 6,8—24 *Philipp* 1,14—2,8 2,22—4,17 *Coloss* 1,6—
 29 2,11—4,19 *1 Thess* 2,10—5,28 *2 Thess* 1,1—2,4 2,15—3,18
1 Timoth 1,1—5,14.16—6,16 *2 Timoth* 1,1—4,16 *Tit* 1,1—2,1 *Philem*
 11—23.

(3.) SLAVONICA.

Rastislavius dux Moraviae anno ut fertur 862 vocavit in Moraviam Constantinum philosophum dictum, origine Thessalonicensem, qui ad illud tempus apud Chazaros ad mare Euxinum in Cherroneso evangelium praedicaverat, et ibi reliquias s. Clementis invenerat et Constantinopolim tulerat.¹

Constantinus, postea Cyrillus dictus, socio fratre suo ^{sl} Methodio factus est apostolus Slavorum ad Danubium anno fere 863; mox characteribus Slavonicis inventis versionem Novi Testamenti Slavonicam instituerunt fratres ex Graecis codicibus iisque maximam partem, ut videtur, familiae Antiochenae, sed incertum est utrum illo tempore Novum Testamentum totum versum sit.² Versio haec sententia Dobrowskii anno circiter 988, quo Wladimir dux baptizatus est, Russis tradita, mutationes et linguae et textus subiit, in primis post saeculum quartum decimum medium, unde factum est ut Dobrowskius in codicibus recensione tres distinxerit; novissima, typis expressa, in communi usu est. Wetstenius nonnulla ex hac versione laudavit, Alterus³ lectiones paucas conlegit, Matthaeius lectiones in

¹ Haec reliquias etiam secum in Moraviam portavit, denique Romam ubi mortuus est.

² Verteruntne illo tempore Evl et Apl (lectiones solas), ita ut Apocalypsis omissa sit?

³ Alter, *N. T.* Viennae a. 1787, vol. 1, p. 403—411 lectiones in Ioh capp. 1—14 ex editione Slavonica Mosquensi a. 1614 praebet; p. 1122—1156 in Evv ex codice Vindobon. Caesar. CCCLVI; p. 1157—1194 in Evv ex cod. Vindob. Caes. CCCLV: vol. 2 (a. 1786), p. 968—

Apoc prae-buit,¹ fons autem praecipuus lectionum Slavonicarum debetur Dobrowskio qui cum Griesbachio² variationes codicum atque editionum communicavit; Tischendorfius librum Griesbachii adhibuit atque ego catalogum Dobrowskii ex illo libro excerpo quamquam huc usque vix magnus fructus ex hac versione decerpi potest.

(a.) Evangelia.

sl¹: Aloysii Hankii Olomucensis: *Lectionarium* Irmologio saec. XIII adnexum; textus Occidentalis familiae videtur esse; Dobrowskius contulit ad Evv capita quattuor et nonnulla ex capitibus aliis 21.

sl^{1 mur}: Petrop. (?): *Evangeliarium*, a Gregorio diacono a. 1056—1057 scriptum; editum a Vostokovo, Petrop. a. 1843, conlatum a Muralto, *N. T.* Hamburgi a. 1848, p. liii.

sl²: Petrop. acad. scientiarum; saec. XIV: *Evangeliarium*; anno 1317 scriptum; textus antiquus sed saepe corruptus est; Dobrowskius contulit Mt et Ioh paucis excerptis et capita fere tria ex Mc Lc.

sl^{2 mur} sive sl^{1 rem}: Remensis, saec. X: continet *Evv*; hoc codice „olim in regum Francorum oleo inunguendorum solemnibus uti solebat ecclesia Remensis“; editus est a Silvestro, Parisiis a. 1843, et ab Hanka, Praegae a. 1846; conlatus ab Altero (ut ad sl^{1 mur}), p. liii.liv. Cf vir cl. Cerf, *L'évangélique slave, manuscrit, dit Texte du sacre conservé à la bibliothèque de la ville de Reims*, Remis a. 1881.

1039 in Act Paul Cath ex codice Vindob. Caes. Orient. CI; harum tamen lectionum maiorem partem intelligere non possunt nisi viri linguae Slavonicae periti.

¹ Matthaeius, *Apoc*, Rigae a. 1785, append. 2, p. 343—388.

² Dobrowsky, *Griesbachii N. T. Gr.* vol. 1 (a. 1796), p. cxxvii—cxxxii, vol. 2 (a. 1806), p. xix—xxi et xxxii—xxxix.

- sl³: Petrop. acad. scient. saec. XIV: continet *Evv*; textus singularis est generis et ad codices Graecos iuniores plerumque refectus.
- sl⁴: Pragae Gelasii Dobneri, saec. XV: continet *Evv*; scriptus fortasse in Servia; praebet lectiones recentiores, voces vero et phrases saepe antiquiores; Dobrowskius contulit Me Le et decem ex Mt capp.
- sl⁵: Vindob. caes. 356, saec. XV: continet *Evv*; textus posterioris familiae est; cf Alterus iam laudatus.
- sl⁶: Vindob. caes. 355, saec. XVI: continet *Evv*; scriptus in Moldavia anno circiter 1535; textus posterioris familiae est; cf Alterus. Ubi sit Vindob. caes. Orient. 98: *Evv*: nescio. Cf Nesselius, *Catalogus . . . Vindobonae et Norimbergae a. 1690, pars VII*, p. 154a.
- sl⁷: Dobrowskii, olim Theodori Bausii, saec. XVI: continet *Evv*; textus est familiae novissimae quae in editionibus paene omnibus invenitur; Dobrowskius consuluit ad Me et Le, contulit ad Ioh.
- sl⁸: Moscuae bibl. synodalis, olim bibl. typogr. 19, saec. XII: continet *Evv*; textus est familiae Occidentalis et consentit plerumque cum sl¹ et sl²; scriptus anno 1144; Dobrowskius contulit locos selectos.
- sl⁹: Mosc. synod. olim typogr. 11, saec. XII: *Evv* (Evl?); contulit Dobrowskius quosdam in Me versiculos.
- sl¹⁰: Mosc. monast. s. Archangeli vulgo *Czudow*, saec. XIV: continet *N. T.*; dicitur manu Alexii metropolitae scriptus esse; lectiones antiquae singulares ad fidem codicum Graecorum bonae notae reformatae sunt; contulit Dobrowskius Le cap. 1 et 24 et nonnulla ex 22.
- sl^{rem}: cf supra, sl² mur.

(b.) Actus et epistulae.

- sl¹: cf supra, sl¹ ad *Evv*; continet lectiones ecclesiasticas ex Act Paul Cath.

- sl²: Moseuae bibl. synodalis 6; saec. XIII (a. 1220) continet *Rom 1,2 Cor Gal Eph 1,1—4,4* cum commentario; Dobrowskius contulit selectis locis.
- sl³: Mosc. synod. olim typogr. 10, vix saec. XII: *Praxap*; textus similis est textui sl¹; Dobrowskius contulit quaedam capita ex Act Tim Iac et varios locos ex 1 Ioh 2 Pe.
- sl³ mur.: Petrop. Q. v. I, 5, saec. XIII: continet *Paul Cath Act*; conlatus ab Altero (cf sl¹ mur ad Evv), p. liv.
- sl⁴: Mosc. synod., olim typogr. 24, saec. XIV (a. 1370): *Praxap*; accedit proxime ad sl¹ et sl³; contulit Dobrowskius commata quaedam ex Act cap. 1.
- sl⁵: Georgii Ribayii, Czincotae in Ungaria, saec. XV: continet *Act Cath Paul*; familiam textus mediam praebet; hunc codicem integrum contulit Dobrowskius.
- sl⁶: Mosc. synod. 620: continet *N. T.* excepta Apoc; convenit cum sl⁷ statim describendo; cursim inspexit et examinavit Dobrowskius locos multos.
- sl⁷: Petrop. acad. scient., saec. XVI (a. circ. 1548): continet *Act Cath Paul*; familiam praebet textus postremae, quam editiones primae exhibent, proximam; contulit Dobrowskius praecipue iis locis qui in margine interiore a Griesbachio notati sunt.
- sl⁸: Vindob. Caes. 101: continet *Act Cath Paul*; textus mediae est familiae et recentior est paulo textu codicis sl⁵ atque emendatior; cf Alterus, ut supra, p. 1112.
- sl⁹: Monasterii Resurrectionis prope Moscuam: *Praxap*; textus est antiquus et textui codicum sl³ et sl⁴ similis; inspexit Dobrowskius nonnullos locos.
- sl¹⁰: cf sl¹⁰ ad Evv; contulit Dobrowskius locos varios epistularum.
- sl¹¹: Venetiis s. Marci 627, saec. XV: continet *Evv Apoc Act Cath Paul*; Heb sequitur 1 Th; desunt Heb 1,6—13,25 1,2 Tim Tit Philem; textus est paulo recentior textu codicis sl⁵; videtur in Servia vel Bulgaria scriptus esse; inspexit Dobrowskius varios locos.

(c.) Apocalypsis.

sl¹: Moscuae synod., saec. XV (a. 1499): continet *Biblia* integra; etsi conferre non potuit, putavit Dobrowskius hunc codicem antigraphum esse duorum qui hoc loco sequuntur, docetque hos tres solos in tota Russia *biblia* integra continere.

sl²: Mosc. synod., saec. XVI (a. 1558): continet *Biblia* integra; Apoc desumpta est ex commentario Andreae; Dobrowskius contulit priora tria capita ex Apoc.

sl³: Mosc. synod.: continet *Biblia* integra; Apoc consentit cum sl²; videtur Dobrowskius Apoc totam contulisse.

sl⁴: Mosc. synod.: continet *Apoc* cum comm. Andreae; alius quam sl² et sl³ familiae accedit textus magis ad textum sl¹⁰ infra descripti; interpolatus autem est textus ex altera versione Slavonica et ex codicibus Graecis iunioribus.

sl⁵: Mosc. synod. 605: continet *Apoc* cum comm. Andreae; eiusdem familiae est atque sl² et sl³.

sl⁶: *Biblia* Moscuae edita a. 1663, repetita ex editione Ostrogiensi anni 1581; reprehendit Dobrowskius nonnulla quae Matthaeius (cf supra, p. 1113, adn. 2) de hac editione scripserat.

sl⁷: N. T. Moscuae a. 1783 editum; praebet multis locis textum editionum antiquarum.

sl⁸: *Biblia* Moscuae a. 1759 edita; textus non differt a textu librorum aliorum emendatiorum post annum 1751 editorum; hac editione usus est Dobrowskius in conferendis codicibus in Russia servatis.

sl⁹: *Biblia* Moscuae a. 1778 edita; non discrepat a sl⁸ neque ab editione Moscueni anni 1762 quam Matthaeius adhibuit.

sl¹⁰: cf supra, sl¹⁰ ad Evv.

sl¹¹: cf supra, sl¹¹ ad Act et Epp; consentit in primis cum sl³.

Dobrowskius¹ distinguit tria editionum genera:

1. Antiquum minus correctum, ex codicibus iunioribus etiam cum librorum erroribus excusum. *a. Err*, Ugrowlachie a. 1512, iussu ducis Ioh. Basarabae edita; *b. Err*, Vilnae a. 1575; *c. Biblia Ostrogiensia* a. 1581; *d. Err*, Moscuæ a. 1614 (quibus Alterus usus est ad Ioh capp. 1—14, cf supra, p. 1112, adn. 3); *e. Biblia*, Moscuæ a. 1663 ex ed. Ostrogiensi recusa.
2. Antiquum quidem, sed studio ad Graecum receptum emendatum. *a. N. T.* Vilnae a. 1623; *b. Err*, Leopoli a. 1644.
3. Novissimum: emendatio vulgaris textus Slavonici iussu Petri I inchoata saeculo XVIII ineunte, anno demum 1751 absoluta; sed editiones Novi Testamenti post annum 1751 impressae non omnes emendationes has admiserunt.

Videtur Dobrowskius nonnunquam certius de textus familiis sive recensionibus dicere quam pro conlationum suarum exiguitate debebat.

Ita Dobrowskius, quem fusius adduximus quia Tischendorfio apparatus suppeditavit. Dobrowskii vero tempore nondum cogniti fuerunt codices Palaeo-Slovenici sive Slavonici meridionales, e quibus codices Russici exscripti vel versi sunt, unde fit, quod nemini inopinatum esse potest, ut conlationes eius aequae ac theses eius criticae hodie non satisfaciant viris rei criticae peritis. Nemo autem adhuc rei toti operam navavit, etsi multi codices singulos modo ediderunt modo excusserunt, prae ceteris viri clarissimi Vatroslavius (Ignatius) Jagić et Alexander Gorskiĵ (vide infra, p. 1121—1122, codd. 43—79).

Codices Palaeoslovenicos habemus et scriptura Glagolitica et scriptura Cyrillica exaratos eosque iam saeculo decimo vel undecimo scriptos. Studio viri cl. Vatroslavii

¹ Dobrowsky, *Griesbachii N. T. Gr.* vol. 1, p. cxxxi.cxxxii.

Jagić debemus editionem librorum duorum Palaeo-Slovenicorum: *Quattuor evangelia. Codicem Glagoliticum olim Zographensem nunc Petropolitanum, characteribus Cyrillicis transcriptum notis criticis prolegomenis appendicibus auctum* edidit V. I. Berolini a. 1879, cum tribus tabulis; — *Quattuor evangeliorum versionis Palaeo-Slovenicae codicem Marianum Glagoliticum characteribus Cyrillicis transcriptum* edidit V. I. Berolini a. 1883, cum tribus tabulis. Codex Marianus positus est hodie in museo Rumiantzovico urbis Moscuae. Cf praeterea v. cl. Vatroslavius Jagić, „Das altslovenische Evangelistarium Pop Sava's“ *Archiv für slavische Philologie* [1881], V, 4, S. 580—612. Cf *Sbornik statej academie Petropolitanae*, pars 3, p. 916 (p. 16?, fasc. 6?), a. 1868. Bis prodiit *Evangelium Assemanianum vel Vaticanum*, primum Zagrabiae anno 1865 cura Francisci Rački, cum tabula, iterum Romae anno 1878 cura Iohannis Črnčić, cum tabula; characteribus Latinis transcriptum est.

Codices Russicos invenimus scriptura Cyrillica exaratos. Ex his est *Evangelium Ostromirianum* annis 1056—1057 scriptum, quod evangelium Alexander Vostokov Petropoli anno 1843 edidit cum multis tabulis; anno demum 1889 Petropoli prodiit editio quam dicunt photolithographica. Exemplar aliud est *Tetraevangelium Galicianum*, quod v. cl. Amphilocheus Moscuae annis 1882. 1883 publici iuris fecit. V. cl. Aemilianus Kažužniacki, in libro *Monumenta linguae Palaeo-Slovenicae collecta et in lucem edita cura et opera Ae. K.* vol. 1, Vindobonae et Teschenae a. 1888, edidit *Evangelium Putnamum* saeculi XIII vel XIV.

Codices Serbici utuntur scriptura Cyrillica. Exempli gratia conferendum est *Tetraevangelium Nikoljanum*, codex saeculi quarti decimi in monasterio Serbico Nikolja, quem v. cl. Georgius Daničić Albae Bulgaricae (Belgrad) anno 1864 edidit. *Apostolus* anni 1324 e codice monasterii Šišatovac editus est a v. cl. F. Miklosich Vindobonae a. 1853.

Lectiones ecclesiasticas Croaticas, scriptura Glagolitica scriptas, conlegit v. cl. Iohannes Berčić e Missalibus quae dicuntur pariter atque ex aliis libris ecclesiasticis: *Ulozei Svetoga Pisma* edidit I. B. e mss Glagoliticis recensiois Croaticae, partt. 5, Pragae annis 1864—1871. Videtur textus harum lectionum ad normam Vulgatae Latinae mutatus esse.

Paucos alios codices plerosque Russicos in usum virorum linguarum Slavonicarum peritorum addo. Si quis monstraverit ex nonnullis horum codicum Slavonicorum posse hauriri testimonium de textu Graeco vetere, bene erit. Si minus, omittendi sunt codices Slavici in apparatu critico congerendo.

1. Lipsiae bibl. urbis Sl. fol. 4.
saec. ? , in fol, membr, foll. 163: *Apl.*
2. — — Sl. fol. 5: saec. ? , in fol, chart, foll. 298: *Apl.*
3. Monaci bibl. reg. cod. Slav. 1 (1125).
a. 1492, in fol, membr, foll. 267, praef Thphy1: *Err* Palaeo-Slavonice. Scriptus in usum Stephani, principis Moldaviae, a diacono Theodoro Mricheskoula in quodam Germaniae monasterio. Fuit anno 1637 Petri Mogilae, metropolitae Kioviae et Galiciae, qui codicem ecclesiae s. Mariae Kiovensi dono dedit. Cf *Catalogus codd. mss. bibl. reg. Monacensis*, vol. 7, Monaci a. 1858, p. 327.¹
4. Romae Vat. Slav. 3.
saec. XIII, membr: *Erl.* Cf Angelus Mai, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 5, Romae a. 1831, paginarum series altera, p. 105.106.
5. — — Slav. 4: saec. XIII, in fol, membr: *Erl.*
6. — — Slav. 5: saec. XIV, in fol, chart, foll. 238: *Err.*
7. — — Slav. 6: saec. XVI, in fol, chart, mendis seatet: *Erl.*
Olim reginae Succorum.
8. — — Slav. 7: saec. XV, in 8, chart, foll. 8 (in codice quodam foll. 49—56): *Lc* 10,1—11,41.
9. Moscuae bibl. mon. Neohierosol. Resurr. 117.
saec. XVI vel XVII, in fol, chart, foll. 840: *Err* cum comm.
Cf Amphilocheius, *Descriptio bibliothecae monasterii Neohierosolomitici Resurrectionis*, Moscuae a. 1875.

¹ Monaci bibl. reg. cod. Hungaricus (1140): a. 1466, in 4, chart, foll. 208, coll. 2; piet: *Err* Hungarice. Olim Ioh. Alberti Widmanstadii. Integer prodiit Budae anno 1842. Cf *Catalogus* (ut cod. 3), p. 332.

10. Moscuae bibl. mon. Neohierosol. Resurr. 1: a. 1120—1128, in fol, membr, voll. 2, foll. 231: *Evl.*
11. — — 2: saec. XIV, in ?, membr, voll. 2, foll. 326: *Evl.*
12. — — 3: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 137: *Evl.*
13. — — 4: saec. XV, in fol, membr, voll. 2, foll. 258: *Evl.*
14. — — 5: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 153: *Apl.*
Cf supra, p. 1115, Dobrowskii sl⁹.
15. — — musei Rumiantzovici S.
saec. XIII vel XIV, in 8, membr, foll. 110: *Apoc* cum comm
Andr. Caes. Cf v. cl. Alexander Vostokov, *Descriptio codicum
manuscriptorum Russicorum et Slavonicorum in museo Rumiantzovico,*
Petropoli a. 1842.
16. — — 9: a. 1495, in 4, chart, foll. 431: *Apl.*
17. — — 10 et 11: saec. XVI: exemplaria duo *Apl.*
18. — — 103: a. 1164, in 4, membr, voll. 2, foll. 270: *Evl.*
19. — — 104: saec. XII vel XIII, in fol, membr, voll. 2,
foll. 158: *Evl.*
20. — — 105: a. 1270, in fol, membr, voll. 2, foll. 167: *Evl.*
21. — — 106: saec. XIII, in fol, membr, voll. 2, foll. 167: *Evl.*
22. — — 107: saec. XIII vel XIV, in fol, membr, voll. 2,
foll. 161: *Evl.*
23. — — 108: saec. XIII vel XIV, in fol, membr, voll. 2,
foll. 117: *Evl.*
24. — — 109: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 158: *Evl.*
25. — — 110—114: saec. XIV: exemplaria quinque *Evl.*
26. — — 115: saec. XV vel XVI, in 4, chart, foll. 276: *Evl.*
27. — — 116: a. 1544, in 4, chart, foll. 357: *Evl.*
28. — — 117: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2, foll. 128: *Evl.*
29. — — 118: a. 1401, in 4, membr, voll. 2, foll. 215: *Evl.*
30. — — 119: saec. XV, in fol, chart, foll. 200: *Evl.*
31. — — 120: saec. XV, in fol, membr, foll. 306: *Evl.*
32. — — 121: saec. XV, in 4, membr, foll. 245: *Evl.*
33. — — 122: saec. XV, in 4, chart, foll. 225: *Evl.*
34. — — 123: saec. XV, in fol, chart, foll. 469: *Evl. Apl.*
35. — — 124: saec. XV, in 4, chart, foll. 360: *Evl.*
36. — — 125: saec. XV, in 4, chart, foll. 189: *Evl.*
37. — — 126: saec. XV, in 4, chart, foll. 236: *Evl.*
38. — — 127: saec. XVI, in fol, chart, foll. 289: *Evl.*
39. — — 128—143: saec. XVI: exemplaria sedecim *Evl.*
40. — — 144: a. 1609: *Evl.*
41. — — 146: a. 1819: *Evl.*

42. Moscuæ musei Rumiantzovici 472: a. 1522, in fol, chart, foll. 558: *Le et Ioh* cum comm Thphyl.

43. Moscuæ bibliothecæ synodalis Gorskii 1 (915).
a. 1499, in fol, chart, foll. 1002 (praef. 16, txt 986): *V. T.* et *N. T.* Cf v. el. Alexander Gorskij, *Descriptio codicum manuscriptorum in bibliotheca synodali Moscuensi, pars I. Libri liturgici*, Moscuæ a. 1855, p. 3.

44. — — Gorskii 2 (21): a. 1558, in fol, chart, foll. 1041: *V. T.* et *N. T.* Cf cod. 45 [Gorsk. 3].

45. — — Gorskii 3 (30): saec. XVI, in fol, chart, foll. 1013: *V. T.* et *N. T.* (*N. T.* fol. 667 seqq). Gorskius disserit fusius de codicibus 43—45, p. 3—161.

46. — — Gorskii 20 (404): a. 1144, in 4, membr, foll. 260: *Ev.* Cf Gorskius, p. 208—215. 234—264. Cf supra, p. 1114, Dobrowskii sl^s.

47. — — Gorskii 26 (742): a. 1383, in 4, membr, foll. 282: *Ev.* Cf Gorskius, p. 224—227. 234—264.

48. — — Gorskii 33 (922): saec. XV vel XVI, in 4, chart, foll. 326: *Ev.* Cf Gorskius, p. 265. 266. 284—292.

49. — — Gorskii 34 (399): saec. XVI, in 4, chart, foll. 494: *Ev.* Cf Gorskius, p. 266. 267. 284—292.

50. — — Gorskii 35 (810): saec. XVI, in 8, chart, foll. 336: *Ev Apl (Act Cath Paul?)*. Cf Gorskius, p. 267—273. 284—292.

51. — — Gorskii 36 (74): saec. XVI, in fol, chart, foll. 478: *Ev.* Cf Gorskius, p. 274. 284—292.

52. — — Gorskii 37 (62): a. 1537, in fol, chart, foll. 406: *Ev.* Cf Gorskius, p. 274—276. 284—292.

53. — — Gorskii 39 (400): saec. XVI, in 4, chart, foll. 283: *Ev.* Cf Gorskius, p. 277. 278. 284—292.

54. — — Gorskii 40 (11): saec. XVI, in fol, chart, voll. 2, foll. 317: *Ev Apl (Act Cath Paul?)*. Cf Gorskius, p. 278. 279. 284—292.

55. — — Gorskii 41 (398): saec. XVI, in 4, chart, foll. 877: *Ev.* Cf Gorskius, p. 279. 280. 284—292.

56. — — Gorskii 42 (63): saec. XVI vel XVII, in fol, chart, foll. 413: *Ev.* Cf Gorskius, p. 280. 281. 284—292.

57. — — Gorskii 43 (739): saec. XVII, in 8, chart, foll. 276: *Ev.* Cf Gorskius, p. 281—283. 284—292.

58. — — Gorskii 44 (61): saec. XVII, in fol, chart, foll. 711: *Ev.* Cf Gorskius, p. 283—292.

59. — — Gorskii 21 (740): a. 1307, in fol, membr, voll. 2, foll. 127: *Ev.* Cf Gorskius, p. 215—217. 234—264.

60. Moscuæ bibliothecæ synodalis Gorskii 22 (67): a. 1354, in fol, membr, voll. 2, foll. 188: *Evl.* Cf Gorskius, p. 218.219.234—264.

61. — — Gorskii 23 (70): a. 1355, in fol, membr, voll. 2, foll. 176: *Evl.* Cf Gorskius, p. 220.221.234—264.

62. — — Gorskii 24 (68): a. 1357, in fol, membr, voll. 2, foll. 178, manibus variis: *Evl.* Cf Gorskius, p. 221—223.234—264.

63. — — Gorskii 25 (69): a. 1358, in fol, membr, voll. 2, foll. 221: *Evl.* Cf Gorskius, p. 223.224.234—264.

64. — — Gorskii 27 (71): a. 1409, in fol, membr, foll. 219: *Evl.* Cf Gorskius, p. 227—229.234—264.

65. — — Gorskii 28 (64): saec. XIV, in ? , membr, voll. 2, foll. 134: *Evl.* Cf Gorskius, p. 229—231.234—264.

66. — — Gorskii 29 (65): saec. XIV vel XV, in fol, membr, voll. 2, foll. 170: *Evl.* Cf Gorskius, p. 231.232.234—264.

67. — — Gorskii 30 (401): saec. XIV vel XV, in fol, membr, voll. 2, foll. 132: *Evl.* Cf Gorskius, p. 232—264.

68. — — Gorskii 31 (66): saec. XIV vel XV, in ? , chart, voll. 2, foll. 164: *Evl.* Cf Gorskius, p. 233—264.

69. — — Gorskii 32 (403): saec. XV, in 4, chart, foll. 219: *Evl.* Cf Gorskius, p. 264.265.284—292.

70. — — Gorskii 38 (60): saec. XVI, in fol, chart, voll. 2, foll. 154: *Evl.* Cf Gorskius, p. 276.277.284—292.

71. — — Gorskii 45 (722): a. 1307, in 4, membr, voll. 2, foll. 180: *Apl.* Cf Gorskius, p. 292—294.299—314.

72. — — Gorskii 46 (15): a. 1309—1312, in fol, membr, voll. 2, foll. 129: *Apl.* Cf Gorskius, p. 294—298.299—314.

73. — — Gorskii 47 (14): saec. XVI, in fol, chart, voll. 2, foll. 204: *Apl.* Cf Gorskius, p. 298—314.

74. — — Gorskii 48 (357): saec. XVI, in fol, chart, foll. 352: *Apl.* Cf Gorskius, p. 315.316.326—339.

75. — — Gorskii 49 (13): saec. XVI, in fol, chart, foll. 514: *Apl.* Cf Gorskius, p. 316.317.326—339.

76. — — Gorskii 50 (721): saec. XVI, in 4, chart, foll. 257: *Apl.* Cf Gorskius, p. 317—319.326—339.

77. — — Gorskii 51 (16): saec. XVI, in fol, chart, foll. 406: *Apl.* (mut?). Cf Gorskius, p. 319—323.326—339.

78. — — Gorskii 52 (358): saec. XVI, in 4, chart, foll. 272: *Apl.* Cf Gorskius, p. 324.325.326—339.

79. — — Gorskii 53 (725): saec. XVI vel XVII, in 4, chart, foll. 314: *Apl.* Cf Gorskius, p. 325—339.

80. Moscuæ bibl. Undolskovii 961.

saec. XI, in 4, membr, foll. 2: fragm *Evl.* Cf v. cl. A. E. Viktoro-

vius, *Collectio codicum manuscriptorum Slavico-Russicorum Undolskoviciana*, Moscauae a. 1870; — et *Codices Slavico-Russici B. M. Undolskovii*, Moscauae a. 1870. Suntne hi codices Moscauae in museo Rumiantzovico?

81. Moscauae bibl. Undolskovii 962.964.965.1275: saec. XII.XIII. XIV, membr: frag *Erl*.

82. — — 1045: saec. XV, in fol, membr, foll. 17: frag *Erl*.

83. — — 1184.1210.1276: saec. XVI: tria exemplaria *Erl*.

84. — — 19: saec. XVI (a. 1407?), in fol, chart, foll. 508: *Erl*.

85. — — 11: saec. XVI, in 32, chart, foll. 582: *Apl*.

86. — — 21: saec. XV, in 4, chart, foll. 448: *Apl*.

87. — — 1291: a. 1674, in 4, chart, foll. 268: *Erv*.

88. — — 10: saec. XVI, in 4, chart, foll. 284: *Erv*.

89. — — 20: saec. XV, in 4, chart, foll. 384: *Lc* cum comm Thphyl.

90. — — 22: saec. XVII, in 4, chart, foll. 177: *Cath* cum comm.

91. — — 23: saec. XVII(XVIII?), in 4, chart, foll. 268: *Apoc* cum comm And Caes.

92. — — 24: saec. XVIII (a. 1717?), in fol, chart, foll. 24: *Apoc* cum comm.

93. Wilnae bibl. publ. 1.

saec. XI, in 4, membr, foll. 10: fragm ex *Erl*. Evangelium Tyrovskovianum; editum est chromolithographice Wilnae a. 1869. Cf v. cl. Th. Dobrianskius, *Descriptio codicum manuscriptorum Ecclesiastico-Slavicorum et Russicorum in bibliotheca publica Wilnensi*, a. 1882.

94. — — 2 olim 3: saec. XIV, in fol, membr, foll. 178, coll. 2: *Erl*.

95. — — 4 olim 7: saec. XV, in fol, membr, foll. 11: fragm ex *Erl*.

96. — — 8: saec. XIII, in fol, membr, fol. 1, coll. 2: fragm ex *Erl*.

97. — — 9.10.11-14: saec. XIV, in fol, membr: exemplaria sex *Erl*.

98. — — 23—25: saec. XVI: exemplaria tria *Apl*.

99. — — 26: saec. XVIII: *Apl*.

100. — — 27: saec. XIV: *Erl*.

101. — — 28—33: saec. XV: exemplaria sex *Erl*

102. — — 34—41: saec. XVI: exemplaria octo *Erl*.

103. — — 42—46: saec. XVII et XVIII: exemplaria quinque *Erl*.

104. — — 20 olim 60 vel 31: saec. XVIII, in fol, chart, foll. 82: *Apoc* cum comm Andr Caes.

105. — — 21: saec. XVI: *Apl* (Act Cath Paul?) cum comm.

106. — — 22: saec. XV: *Apl*.

107. Archangeli seminarii pastoralis 6.

saec. XIII, in fol, membr: *Erl*. Cf v. cl. A. E. Viktorovius, *Descriptio codicum manuscriptorum in bibliothecis Russiae septentrionalis*, Petropoli a. 1890, apud quem descriptio codicum 107—136 invenitur.

108. Archangeli seminarii pastoralis MS. 7: saec. XIV, in fol, membr, voll. 2: (*Erl.*)
109. — — MS. 8: saec. XV, in 4: *Err.*
110. — — MS. 9: a. 1533, in fol: *Err.*
111. Sjeuski bibl. monasterii 1.
a. 1339, in fol, membr: *Erl.*
112. — — MS. 2: saec. XV—XVI, in fol: *Erl.*
113. — — MS. 3: a. 1576, in 8: *Erl.*
114. — — MS. 4: saec. XVII, in fol: *Erl.*
115. — — MS. 5: saec. XVI, in fol: *Erl.*
116. — — MS. 6: saec. XVI, in fol: *Err.*
117. — — MS. 7: saec. XVI, in 4: *Err.*
118. — — MS. 8: saec. XVI, in 4: *Err.*
119. — — MS. 9: saec. XVI, in 4: *Err.*
120. — — MS. 10: saec. XVI, in fol: *Err.*
121. — — MS. 11: saec. XV, in 4: *Apl.*
122. Solobetzki bibl. monasterii 1.
saec. XV, in fol, membr: *Erl.*
123. — — MS. 2: a. 1551, in fol: *Erl.*
124. — — MS. 3: saec. XVII, in fol: *Erl.*
125. Biloserski bibl. monasterii Cyrilli 1.
saec. XVI, in fol: *Erl.*
126. — — MS. 2: saec. XV, in 8, membr: *Err.*
127. — — MS. 3: saec. XV, in fol, chart: *Err.*
128. — — MS. 4: saec. XV, in 8, membr: *Err.*
129. — — MS. 5: saec. XV—XVI, in 8, chart: *Err.*
130. — — MS. 6: saec. XV, in fol, membr: *Apl* (? Ac C P ?).
- Colasini bibl. monasterii MS. 1.
131. a. 1533, in fol: *Erl.*
132. — — MS. 2: saec. XV, in 4, chart: *Erl.*
133. Riasanki bibl. seminarii MS. 1 olim 9.
a. 1467, in fol: *Erl.*
134. — — MS. 2 olim 10: saec. XV, in fol: *Err.*
135. — — MS. 3 olim 15: saec. XV, in 4: *Err.*
136. — — MS. 4 olim 8: saec. XVI, in fol: *Err.*

Cf etiam v. cl. B. Lamanskago, *De codicibus nonnullis Slavonicis Belegradiae, Zagrabiae et Vindobonae, cum observationibus philologicis et historicis. Supplementum voluminis sexti actorum academiae scientiarum imperialis*, num. 1, Petropoli a. 1864: bibl. Min. (?) 63: saec. XII vel XIII, in fol, membr, foll. 201: *Erl* (Ioh Mt Lc).

VERSIONES EUROPAEAE IUNIORES, E LATINA
VULGATA PROGENITAE.

(4.) SAXONICA SIVE ANGLOSAXONICA.

Saxonice videtur Novum Testamentum saepius esse
versum, partim saltem iam saeculo octavo,¹ sed e Latino, non
e Graeco, quapropter nullo suo iure haec versio in
SAX consilium vocaretur ad textum Graecum constituen-
dum, quamquam non inutile est testimonium quod de codici-
bus Latinis qui in Anglia illo tempore in usu erant nobis
suppeditat. Evangelia (quae sola supersunt) prodierunt ex
editione Matthaei Parker, cum praefatione Iohannis Foxe,
Londinii a. 1571; cura Guilelmi Lisle, Londinii a. 1638; cura
Mareschalli (cf supra, p. 1110, adn. 1), Dordraci a. 1665; cura
Beniamini Thorpe,² Londinii a. 1842; curis Iohannis M. Kemble
et Caroli Hardwick et Gualteri W. Skeat,³ Cantabrigiae *Mt*
a. 1858 et iterum a. 1887, *Mc* a. 1871, *Lc* a. 1874, *Ioh* a. 1878.
Millius usus est schedis Mareschalli. Tischendorfius versionem
hanc illis locis in primis citat ubi cum codicibus Vulgatae
versionis antiquissimis vel etiam veteris Latinae consentit;
cf *Lc* 8,46 9,55 10,11 11,37.40 13,35 22,61 23,15.

¹ Ut exempli gratia evangelium Iohannis a Beda moriente
anno 735. Tischendorfius putavit codiceem evangeliorum Saxoni-
cum, quem Londinii in Museo Britannico vidit, saeculi esse octavi.

² Thorpe, *Ða halgan godspel on Englisc. The Anglo-Saxon
version of the holy gospels, edited from the original manuscripts*,
Londinii a. 1842. Cf etiam v. cl. Carolus Guilelmus Bouterwek,
*Die vier Evangelien in alt-nordhumbrischer Sprache. Aus der jetzt
zum erstenmale vollständig gedruckten Interlinearglosse in St. Cuthbert's
Evangelienbuche hergestellt, mit einer ausführlichen Einleitung, einem
reichhaltigen Glossare, sowie einigen Beilagen versehen und heraus-
gegeben von K. W. B. Güterslohiae a. 1857.*

³ Skeat, *The gospel according to St. Matthew in Anglo-Saxon,
Northumbrian, and Old Mercian versions, synoptically arranged,
with collations exhibiting all the readings of all the manuscripts.
A new edition*, Cantabrigiae a. 1887; — . . . *Mark in Anglo-Saxon
and Northumbrian versions . . . a. 1871.*

(5.) FRANCICA.

Versio Francica evangelii Matthaei e codice Sangallensi saeculi noni edita est ab Iohanne Andrea Schmeller, anno 1827,

fr *Evangelii secundum Matthaeum versio Francica saec. IX, necnon Gothica saec. IV. quoad superest. Das Evangelium des h. Matthaei im Hochdeutsch des 9. Jahrh. aus dem St. Galler Codex der Tatianischen Evangelienharmonie, mit Vergleichung der Schilterschen Ausgabe des Oxforder Manuscripts zusammengestellt etc.* Stutgardiae et Tubingae a. 1827, pp. 106.¹

(6.) THEOTISCA.

Versio haec re vera Franco-Bavarica, ad Mt 20, 28 laudata, hausta est e codice Vindobonensi bibl. caes. 3093* (et ex foliis duobus Hanoveranis bibl. publ. MS. I. 20) qui codex olim in monasterio Monseensi erat, saeculo ut videtur nono ineunte scriptus. Tischendorfius usus est libro

theot *Fragmenta Theotisca versionis antiquissimae evangelii s. Matthaei . . . E membranis Monseensibus bibliothecae Palatinae Vindobonensis ediderunt Stephanus Endlicher et Hoffmann Fallerslebenis, Vindobonae a. 1834; ed. 2, cura H. F. Massmanni, Viennae a. 1841. V. cl. Georgius Allison Hench, Americanus, fragmenta omnia denuo excussit, The Monsee fragments. Newly collated text with introduction, notes, grammatical treatise and exhaustive glossary and a photolithographic facsimile, Argentorati a. 1890, pp. 212 cum tabula.²*

¹ Cf etiam v. cl. Iosephus Haupt, „Bruchstücke einer althochdeutschen Uebersetzung der vier Evangelien“ in actis *Germania*, Vindobonae a. 1869, vol. 14, S. 440—466, et v. cl. Fridericus Keinz, „Ueber einige althochdeutsche Bruchstücke“ in actis *Sitzungsberichte der königlich bayerischen Akademie der Wissenschaften zu München*, Monaci a. 1869, vol. 1 (anni 1869), pp. (537)546—556, et v. cl. Carolus Tomanetz, *Zeitschrift für deutsche Philologie*, Halis Saxonum a. 1882, vol. 14, fasc. 3, p. 257—285.

² Pagg. 1—142 etiam separatim Argentorati eodem anno prodierunt dissertatio academica facultati philosophicae universitatis Iohns Hopkins Baltimoreae in provincia Maryland tradita.

(7.) BOHEMICA.

Iosephus Dobrowsky¹ distinguit recensionem versionis Bohemicae vetustissimam et alteram. Illam testantur codices Dresdensis sine anno, Leitmeritzo-Vratislaviensis anni 1411, Olmuciensis lycei anni 1417, hanc codices Olmuciensis sine anno, Leitmeritzianus anni 1429; — codex bohem Pragensis in monasterio Emmai anno 1416 litteris Glagoliticis scriptus (est infra apud Iungmannum p. 91, num. 506) mediam inter utramque recensionem tenet. Sententia Dobrowskii scriptus est codex ille versionis vetustissimae Dresdensis, bibliothecae hodie regiae olim familiae Leskowetzianae, inter annos circiter 1390 et 1410.

Biblia Bohemica videntur primum anno 1488 Pragae apud Iohannem Pytlik, Severinum Kramar, Iohannem „von Störchen“, Mathiam „vom weissen Löwen“ typis expressa esse. Cf Raphael Carolus Ungar, *Allgemeine böhmische Bibliothek*, Pragae a. 1786, p. 15—18, qui p. 18—20 editionem alteram, anno 1489 Kutenbergae apud Martinum de Tissnow typis expressam, describit. Ungar suspicatur vel ex colophone conligit Novum Testamentum Bohemice primum anno 1475, fortasse Pragae, typis expressum esse, cf apud eum p. 63—72. Cf etiam Iohannes Gottlieb Elsner, „Periculum historico-ecclesiasticum, quo succincta diversorum verbi divini codicum Bohemicorum delineatio exhibetur, Berolini a. 1768“ in actis *Museum Hagatum*, tom. 4, pars 1, pp. 225—268, qui disserit de editionibus, non de codicibus manu scriptis: Gottfried Iohannes Dlabacž, *Nachricht von einem bisher noch unbekanntem böhmischen Neuen Testamente* (ex actis *Abhandlungen der königlich böhmischen Gesellschaft der*

¹ Iosephus Dobrowsky, „Ueber den ersten Text der böhmischen Bibelübersetzung nach den ältern Handschriften derselben, besonders nach der Dresdener“ in actis *Neuere Abhandlungen der königlich böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften*, Pragae a. 1798, vol. 3, *Diplomatisch-Historisch-Litterarischer Theil*, pp. 240—266.

Wissenschaften, vol. 5, *historischer Theil*), Pragae a. 1816, pp. 12 cum tabula, qui de editione secunda dicit et de editionibus annorum 1497.1518.1527; p. 11 nominatur editio anni 1475 ut quae in urbe Pilsen prodierit. Unde Tischendorfius bohem, e. g. Act 25,24, hauserit nescio.

CODICES BOHEMICI.

Pragae bibl. univ. A. 10.

a. 1450—1460 (?), in 8, membr, coll. 2: *Biblia*. Cf v. cl. Iosephus A. Hanslik, *Geschichte und Beschreibung der Prager Universitäts-Bibliothek*, Pragae a. 1851.

— — A. 7: a. 1471, in fol, membr, foll. 347: *Sirach* cap. 45 — *Apoc*.

Apud Iosephum Iungmann, *Historia literaturae Bohemicae*, Pragae a. 1849, invenies notitias has de codicibus librorum Novi Testamenti:

p. 16, num. 3: saec. X: *Evv* (Evl?); — num. 4: saec. XIV: *Evv* (Evl?); — num. 8: saec. XI vel XII: *Evv* (Evl?);

p. 38, num. 107: saec. XIV: *Biblia*; — num. 108: a. 1391: *Biblia*;

p. 39, num. 118: saec. XIV vel XV: *Evv* (Evl?); — num. 119: saec. XIV vel XV: *Paul*; — num. 120: saec. XIV: *Evv* (Evl?); — num. 121: saec. XIV: *Evl* Bohem-Lat;

p. 91, num. 504: saec. XV: *Biblia*; — num. 506: a. 1416: *Biblia* Glagolitica; — num. 510: *Biblia*; — num. 511: saec. XV: *Biblia*; — num. 512.514.516.517.518. (p.92)522.525.527.531.533.534: exemplaria undecim *Biblicorum*.

p. 92.93, num. 539—566: *N. T.* (exemplaria duodetriginta).

p. 94, num. 587: a. 1411: *Paul*; — num. 593: saec. XV: *Evl*; — num. 595: saec. XVI: *Evv*; — num. 597: a. 1505: *Evl Apl*.

X.

DE

SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

	paginae
1. Dissertatio	1131—1152
(1.) Quid adhuc iudicatum sit de patrum testimonio	1131—1138
(2.) Comparantur inter se codices, versiones, patres	1138—1139
(3.) Equibus scriptoribus testimonium quaerendum sit	1139—1140
(4.) Quomodo patrum lectiones de- finiendae adhibendaeque sint	1140—1142
(5.) De scriptoribus Graecis	1143—1149
(6.) De scriptoribus Latinis	1149—1151
(7.) De scriptoribus Syriacis, Aegypti- acis, Armeniacis, ceteris . .	1151—1152
2. Catalogus scriptorum	1153—1230

X.

DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

1.

DISSERTATIO.

Testimonium patrum vel scriptorum ecclesiasticorum quamquam ultimo loco poni solet cum de textu Novi Testamenti constituendo agitur, tamen minime contemnendum est: interdum rei criticae studiosos auxilio haud exiguo firmat in primis quod ad textus historiam ne dicam geographiam attinet.

(1.) *Quid adhuc indicatum sit de patrum testimonio.*

Simulatque Novum Testamentum Graece typis exprimere coeperunt viri docti, patres testes adduxerunt. Editio Complutensis a. 1514 (cf supra, p. 205) sane nullas fere adnotationes exhibet, ad 1 Co 15,50 tamen laudat Hieronymi epistolam ad Minervium et Alexandrum de resurrectione carnis et ad 1 Ioh 5,7 Thomam Aquinatem et abbatem Ioachim. Erasmus (cf supra, p. 207) recognovit textum „ad probatissimorum omnium suffragiis autorum, vel citationem, vel emendationem, vel enarrationem, nempe Origenis, Chrysostomi, Cyrilli, Hieronymi, Ambrosii, Hilarii, Augustini“. Ad Mt 24,30-44 in libro eius adnotationum haec inveniuntur: (30) „Gloriam certe legit Hieronymus, citans hunc locum in commentariis

Zachariae“; (36) „ex homiliis Origenis quas scripsit in Matthaeum, apparet illum addidisse filium“; „ad eundem modum legit Augustinus in homiliis . . . cumque hoc Hilarius cum ait in expositione canonis Legit et interpretatur eodem modo Chrysostomus. Denique et Hieronymus ipse in progressu enarrationis sequitur hanc lectionem“; (43 *φυλακῆ*) „ita legit Origenes in homiliis“; (44 *ὅτι ἡ ὄρα οὐ δοξεῖτε ὁ . . . ἔρχεται*) „ita legit Chrysostomus, etiamsi secus Vulgarius.“¹ Affert praeterea Erasmus testes Ambrosium, Athanasium, Augustinum, Cyprianum, Gregorium Nazianzenum, Origenem, Theodoretum.

Neque ecclesia reformata vocem respuit antiquae ecclesiae. Beza (cf supra, p. 214), Genevensis ecclesiae minister, editionem N. T. Gr. suam Elisabethae „Angliae, Franciae, Hiberniae et circumiacentium insularum reginae“ dedicans, haec scripsit: „etiam veterum tum Graecorum tum Latinorum et recentiorum quoque doctissima scripta diligenter contuli: a quibus me plurimum adiutum esse ultro profiteor“. Nihilominus patribus Beza multo rarius quam Erasmus testibus est usus. Franciscus Lucas Brugensis (cf supra, p. 216) primus, nisi fallor, patres Graecos Latinosque in lectionum conlectionibus Novi Testamenti Graeci laudavit, disquisite eos pro meritis censens. Hugo Grotius (nat. a. 1583, mort. a. 1645) in variis suis lectionibus liberrime usus est patrum Graecorum et Latinorum testimonio.² Anno 1639 Daniel Heinsius,³ in prolegomenis ad sacras suas exercitationes de patrum e

¹ Nomen Vulgarii (Bulgarii) scripsisse putatur Erasmus pro Theophylacto quia vocem Theophylacti pro adiectivo habuerit, Basileae autem iuveni librum manu scriptum e quo, nisi fallor, Erasmus lectiones hausit cuius titulus nomen Vulgarii solum praebet, unde videtur exortus esse error Erasmi.

² Grotius, *Polyglotta Londinensio*, tract XV, cf supra, p. 221.

³ Heinsius, *Sacrarum exercitationum ad Novum Testamentum libri XX. In quibus contextus sacre illustratur, ss patrum aliorumque sententiae examinantur . . .* Lugduni Batavorum a. 1639 fol.

Novo Testamento citationibus disseruit ad eum tamen finem magis ut patrum menda exhiberet quam ut ex operibus eorum subsidium criticum hauriret. Mox exstitit Iohannes Croius,¹ adseverans „Heinsium ne millesimam quidem sacri textus partem intelligere“, vix autem ipse scivit quomodo patrum testimonium adhiberet ad textum N. T. Gr. definiendum. Heinsio, Croio, Dallaeo² curae fuit patrum testimonium parvi facere. Millius patrum scriptis usus est et in prolegomenis suis fusius de patribus disseruit. In editione Millii Kusteriana (cf supra, p. 225.226) habetur epistula Ioannis Clerici praeclara in qua cum lectiones variae Methodii Patarensis et Optati Milevitani excutiuntur tum callidissime de scriptorum ecclesiasticorum testimonio disseritur. Whitbius³ sane Millium impugnans patres in primis impugnat, et in appendice Hilarii lectiones varias enumerat ut eas reiciat. Gerhardus etiam ille (cf supra, p. 229) patribus vix ullum locum in re critica concedere voluit. Celari vero non debet, eos qui patres respuerunt saepe paene idem statuuisse quod patrum defensores etiam concesserunt, dico patres innumeris locis non accurate verba sacra laudare. De hac re disputari non potest. Fugit tamen nonnunquam viros qui textum receptum omni modo defendere in mente habuerunt, patres nihilominus multis locis testimonium et certissimum et optimum de veris lectionibus dare.

De patrum ex Novo Testamento lectionibus, vide p. (2)—(18); ed. 2, Cantabrigiae a. 1640, prolegomena, p. 2—13.

¹ Croius (de Croi), *Sacrarum et historicarum in Norum Foedus observationum, pars prior: in qua Dan. Heinsii prolegomena . . . perpenduntur . . .* Genevae a. 1645. De patribus vide capp. 16—29, p. 121—221.

² Dallaens (Daillé), *De usu patrum . . . libri duo Latine e Gallico nunc primum a I. Mettayero redditi; ab auctore recogniti, aucti, et emendati*, Genevae a. 1655, lib. 2, cap. 3, p. 245—248.

³ Whitby (cf supra, p. 225, adn. 2) lib. 1, cap. 1, (in editione Lugd. Bat. a. 1733), p. 1—43; de Hilario, app. p. 376—405.

Bengelius¹ scriptores ecclesiasticos non parvi aestimavit. Refutavit accusationes Heinsii, Croii, Rechenbergii, Whitbii, secutus est Millium et Wetstenium, copiosius patrum testimonia adtulit. In eandem sententiam scripsit caute scite locupletissime Castus Innocens Ansaldi, ordinis Praedicatorum, in libro *De authenticis sacrarum scripturarum apud ss. patres lectionibus libri duo ad ss. d. nostrum, Benedictum XIV. pont. max.* (Veronae) anno 1747.² Incipit disputatio a testimonio Tertulliani de Ioh 1,13, ubi Ansaldus variatione „natus est“ versionis veteris Latinae exemplum tradi arbitratus est,³ Petrus autem Barsanus nihil aliud nisi scriptoris incuriam agnoscere voluit. Inde exorsus tractavit Ansaldus totam rem et fortasse magis quam necesse erat patrum accurationem praeconatus est.⁴ Apud Christianum Benedictum Michaelis⁵

¹ Bengel, *N. T. Gr.* Tubingae a. 1734, cf in appendice „Introductio in crisin N. T.“ ad finem libri, § XXXII, obss. II—IV, pp. 389.390, obs. XX, pp. 401—419, in primis consid. VI.VII, pp. 413—416; in libro eius *Apparatus criticus*, Tubingae a. 1763, quaere pp. 23.24 et 36—55. — Hoc loco addo Semleri adnotationes in eius editione Wetstenii *Prolegomenorum*, Halae Magdeb. a. 1764, pp. 169—222, et Wetstenii *Libellorum ad crisin atque interpretationem N. T.* Halae Magdeb. a. 1766, pp. 183 ss. 197 ss.

² Anno 1798 scripsit E. F. K. Rosenmüller, *Handbuch für die Literatur der biblischen Kritik und Exegese*, Gottingae, vol. 2, p. 268: „noch immer die vorzüglichste [Schrift] über diesen Gegenstand“. Cf etiam quae de Ansaldo scripsit Iohannes David Michaelis, *Einleitung in die göttlichen Schriften des neuen Bundes*, pars prima, ed. 3, Gottingae a. 1777, pp. 619.620 (in Marshii translatione, ed. 2, vol. 2, p. 373, cap. 9, sect. 2).

³ Ansaldi, *De loco Ioannis, aliter atque habet Vulgata a nonnullis patribus lecto, dissertatio*, Brixiae a. 1746.

⁴ Hoc loco commemoro de iis quae Petrus Sabatier, *Bibliorum sacrarum Latinae versiones antiquae*, Remis a. 1743, vol. 1, praefat. pp. XXXVI—XXXVIII, scripsit.

⁵ C. B. Michaelis, *Tractatio critica de variis lectionibus N. T. caute colligendis et diiudicandis*, Halae Magd. a. 1749. — Cf etiam quae Wetstenius de scriptoribus ecclesiasticis profert, et in editione

examinantur prae ceteris loci quos Irenaeus e sancta scriptura citavit. Non est quod dicam Iohannem Iacobum Griesbach¹ hac quoque ex parte studiis criticis pro suo ingenii acumine subvenisse, Christianum Fridericum Matthaei phialas irae suae in Bengelium, Semlerum, Griesbachium effudisse.² Matthaeium oppugnavit Iohannes Severus Vaterus,³ qui accuratius examinavit quae Cyrillus Alexandrinus e capitibus quinque prioribus evangelii Iohannis adtulit. Iohannes Fridericus Schleusnerus mentem defixit in citationibus e LXX virorum versione Veteris Testamenti,⁴ nihilo minus multum fructum etiam in Novum Testamen-

ipsa et in libro a Semlero iterum e Novi Testamenti editione typis mandato (ut supra, p. 1134, adn. 1) *Libelli*, pp. 86—92 (item pp. 69—86). — Liber Iusti Wessellii Rumpaei, *Commentatio critica ad libros Novi Testamenti in genere*, Lipsiae a. 1730; ed. 2, a. 1757 (subnectitur libro I. G. Carpzovii *Introductio ad libros propheticos Bibliorum V. T.* ed. 4, Lipsiae a. 1757), caret critica arte; citationes solae pretium habent, cf pp. 277 ss. 311 ss.

¹ Griesbach, *Dissertatio critica de codicibus quatuor evangeliorum Origenionis*, pars prima a. 1771, in suis *Opuscul. acad.* Ienae a. 1824, vol. 1, pp. 226 ss, in primis 278—300; — *Curarum in hist. textus Graeci epistolarum Pauli specimen I*, a. 1777, in *Opuscul.* vol. 2, p. 1 ss, in primis pp. 37-42. 79-82; — *Commentarius criticus in textum Graecum N. T. Partic. II*, Ienae a. 1811, p. XXV s.

Cf etiam I. D. Michaelis (ut supra, p. 1134, adn. 2 et ed. 4, a. 1788). — Cf Benedictus Bendtsen, *Specimen exercitationum crit. in V. T. libros apocryphos e scriptis patrum et antiquis versionibus*, Gottingae a. 1789.

² Matthaei, *Ueber die sogenannten Recensionen . . .* Ronneburgi et Lipsiae a. 1804, pp. 43—47. 62—69. 71 ss, etiam p. 8 et p. 12 adn.; cf de Occumenio p. 31 et de Theophylacto p. 42 adn. Multa praebet Matthaeius in editionibus suis Novi Testamenti (ut supra, p. 249-251).

³ Vater, *Spicilegium observationum ad usum patrum Graecorum in critica Novi Testamenti pertinentium*. 2 partt. Regiomontii a. 1810. 1811. — Cf etiam F[ridericus?] G[uilhelmus?] Edel, *Collatio critica locorum Novi Testamenti quae in actis conciliorum Graecorum laudantur*, Argentorati a. 1811.

⁴ Schleusner, *Opuscula critica ad versiones Graecas V. T. pertinentia*, Lipsiae a. 1812, in primis pp. 12—74.

tum prae ceteris habent eius *Observationes de patrum Graecorum auctoritate*, fultae studiis diuturnis. Non multum inde profecerunt Henricus Carolus Alexander Hänlein¹ et Leonhardus Bertholdt,² plus Iohannes Gottfried Eichhorn,³ vir eruditissimus Iohannes Leonardus Hug,⁴ Americanus Andrews Norton.⁵ Carolus Augustus Credner⁶ operam navavit locis apud Iustinum Martyrem et in Clementinis Homiliis citatis. Iustini opera perscrutavit magno cum fructo Carolus Semisch.⁷ V. cl. Adolfus Hilgenfeld⁸ ante hos quadraginta quattuor annos et Iustinum et Homilias Clementinas et Marcionem examinavit. Rem tractaverunt Iohannes Scott Porter,⁹ Samuel Davidson,¹⁰ Samuel Prideaux Tregelles,¹¹

¹ Hänlein, *Handbuch der Einleitung in die Schriften des N. T.* ed. 2, Erlangae aa. 1801—1809, §§ 77, 78, pp. 243—254.

² Bertholdt, *Historisch kritische Einleitung . . .*, pars 2, Erlangae a. 1813, p. 740ss.

³ Eichhorn, *Einleitung in das N. T.* vol. 5, Lipsiae a. 1827, pp. 119—167.

⁴ Hug, *Einleitung in die Schriften des Neuen Testaments*, ed. 4, pars 1 (a. 1847), § 7, pp. 32—35.

⁵ Norton, *The evidences of the genuineness of the gospels*, Bostoniae a. 1837, vol. 1, p. 194ss, et adnotat. E, pp. ccvii—ccxxxii (ed. 2, Cantabrigiae a. 1846, p. 210ss et pp. ccxiv—ccxxxviii).

⁶ Credner, *Beiträge zur Einleitung in die biblischen Schriften*. 2 voll. Halis aa. 1832—1838; vol. 2 examinat quae adlata sunt e versione LXX virorum.

⁷ Semisch, *Die apostolischen Denkwürdigkeiten des Märtyrers Iustins*, Hamburgi et Gothae a. 1848; cf in primis pp. 207—232.

⁸ Hilgenfeld, *Kritische Untersuchungen über die Evangelien Iustins, der clementinischen Homilien und Marcions*, Halis a. 1850, pp. 46ss. 63ss.

⁹ Porter, *Principles of textual criticism*, Londinii a. 1848, pp. 375—390.

¹⁰ Davidson, *A treatise of biblical criticism . . .* vol. 2 (a. 1853), pp. 362—370.

¹¹ Tregelles, *An introduction to the textual criticism of the New Testament*, Londinii a. 1856, pp. 329—342. In editione sua Novi Testamenti Graeci scriptores praecipuos non neglexit.

Fridericus Henricus Ambrosius Scrivener.¹ Vir cl. Brooke Foss Westcottus,² nunc episcopus Dunelmensis, in libro suo de Novi Testamenti canone multa de citationibus apud Iustinum Martyrem et in Homiliis Clementinis praebet, item in Chrysostomi dissertatione *de sacerdotio*. Amicus fautorque ille meus Ezra Abbot³ nonnulla de scriptoribus ecclesiasticis exhibet in appendice ad librum Nortoni aequae atque in dissertationibus variis. Iacobus Scott⁴ callide de citationibus disseruit et v. cl. Guilelmus Sanday⁵ non solum „de citationibus in genere apud scriptoribus Christianis primis temporibus“ egit sed etiam accuratissime de citationibus in operibus Iustini Martyris et in Homiliis Clementinis. Multum valent, quod ad scriptores Latinos adinet, labores Rönshii praesertim de Tertulliano, et vv.

¹ Scrivener, *A plain introduction to the criticism of the New Testament*, ed. 3, Londinii a. 1883, pp. 416—421. Iohannes Guilelmus Burgon, Scriveneri amicus, multam operam scriptis patrum navavit, nec tamen edidit indices suos locupletissimos locorum sacrarum scripturarum a patribus laudatorum, id quod maxime dolendum est; cf Burgonii liber, *The last twelve verses of St Mark*, Oxonii et Londinii a. 1871, pp. 269—287 ubi de Victore Antiocheno dicit.

² Westcott, *A general survey of the history of the canon of the New Testament*, ed. 5, Londinii a. 1881; cf de Iustino et Homiliis Clementinis p. 96—179, et de illo Chrysostomi tractatu p. xxx, adn. 1.

³ Abbot in libro Nortoni, *Statement of reasons*, ed. nova Bostoniae a. 1856, p. 455 adn. 456 adn; item in tractatu de Ioh 1,18 in actis *Bibliotheca sacra*, Andoverae a. 1861, pp. 855.856, et in actis *Unitarian Review*, mense Iunio a. 1875, p. 568 (separatim impr. p. 8).

⁴ Scott, *Principles of New Testament quotation established and applied to biblical science*, Edinburgi a. 1875, cf pars VII.

⁵ Sanday, *The gospels in the second century*, Londinii a. 1876; de citationibus in genere vide cap. II, p. 15—57, de Iustino p. 113ss, de Homiliis Clementinis p. 163ss. — Cf etiam v. cl. Llewelyn I. M. Bebb, *Studia biblica et ecclesiastica*, Oxonii a. 1885, vol. 2, p. 195—240.

ell. Sandaei, Whitii, Corsseni, aliorum quos iam supra nominavi cum de versione Latina egi.

Hactenus de eo, quod adhuc de scriptorum ecclesiasticorum testimonio iudicatum elaboratumque est.

(2.) *Comparantur inter se codices, versiones, patres.*

Codices sacrae paginae Graeci quoad antiqui atque puri sunt testimonium rectum de textu reddunt. Sed cum non semel inter se vel antiquissimi codices discrepent, accuratius indagare textus historiam studemus, ut statuere possimus ubi terrarum unaquaeque lectio viguerit. In hoc labore nobis subveniunt versiones quae terras nunc artius nunc aliquo saltem modo definiunt. At versiones nihil clarius de tempore monstrant. Sin ad scriptores ecclesiasticos confugere possumus, hi non solum de loco sed etiam de tempore testantur, et procul dubio demonstrant si non lectionis patriam certe domicilium, et si non quo anno nata sit certe annum quo viguerit. Magnus igitur fructus e scriptorum ecclesiasticorum scriptis percipi potest.

Quid vero agemus, si nullum scriptoris de loco dubio testimonium inveniamus? Tum revertendum est ad indolem testium, quae iam ex aliis locis perspecta erit. Nam cum codices, versiones, patres inter se comparantur, saepe eiusmodi evadit iudicium de testibus ipsis ut sciamus testes quosdam, qui iam saepius cum patris cuiusdam lectionibus consentierunt, etiam absque patris illius testimonio id testari quod pater testaturus esset si forte in consilium vocari posset.

Patres ergo multum valent in iudicio de lectionibus iam e textus codicibus cognitis definiendo. Attamen cavendum est ne putemus eos solos lectiones satis graviter commendare posse. Post codices sint aut non sint. Cum his testentur aut sileant. Discernant, distinguant, non iudicent.

Ubi vero pauciores habemus codices ibi frequentiores in litem adducuntur scriptores, fusius adferuntur discursus eorum ut qui testimoniorum defectum aliquo modo compensent; exempli gratia revertat lector ad volumen Tischendorfii alterum, inspiciat apparatus criticum, conferat eum cum apparatu critico prioris voluminis.

(3.) *E quibus scriptoribus testimonium petendum sit.*

Ecclesia Romana statuit usum restrictiorem vocis patris, unde factum est ut pauci sensu illo nomen patris adipisci possent, dico octo illos: Graecos Athanasium, Basilium, Gregorium Nazianzenum, Chrysostomum, Latinos Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, Gregorium Magnum, qui omnes doctrinam orthodoxam et eminentem, insignem sanctitatem vitae, approbationem ecclesiae, notabilem antiquitatem vel praebent vel merentur per eminentiam.¹ Luce clarius est talem distinctionem nihil rei criticae prodesse. Non semel vocabulo „scriptor ecclesiasticus“ ut in huius partis titulo usus sum, ubi vero brevitatis studium flagitat nomen „pater“ vel in genere vel in specie scriptoribus ecclesiasticis tribuo non haesitans. Hoc de appellationibus.

Pergendum est ad testimonium. Testimonium petimus ab unoquoque qui testari possit. Non agitur de doctrina sed de re, non agitur de opinione sed de visione, de cognitione. Minime igitur nostra interest utrum scriptor doctrinam ecclesiasticam studiose tenuerit necne. Valent aequè orthodoxus haereticus ethnicus, si forte ethnicus de loco Novi Testamenti dicat. Valet idem orthodoxus cum lectionem respuat atque cum lectionem approbet. Nam quaeritur de lectione illo tempore illoque loco in codicibus inventa. Plus semel erraverunt orthodoxi qui criticae

¹ Cf. v. cl. Iosephus Nirschl, *Lehrbuch der Patrologie und Patristik*, Moguntiae a. 1881, vol. 1, pp. 3—6.

artis non periti lectiones in codicibus haeticorum damnarunt. Ne tamen putaveris haeticos illos peritiores artis criticae fuisse et scientia ductos illas lectiones sibi quaesivisse. Nam nihil aliud fecerunt nisi quod codices sibi traditos conservarunt et magni aestimarunt.

Testimonium omnium scriptorum omnium temporum valet per se. Nos vero quaerimus in primis suffragia e saeculis ecclesiae prioribus antequam textus iunior se evolvit et e temporibus quibus evolutio illa facta est, dico saecula quattuor inde a primo usque ad quartum. Tum necesse est nos accuratissime et terras et annos indagare si forte pressius sequi possimus variationum semitas obscuras.

(4.) *Quomodo patrum lectiones definiendae et adhibendae sint.*

Multum interest in hac re cum consuetudinem scriptoris tum indolem libri scite novisse. Hic scribit exacte, omni diligentia adhibita, ille sine ulla accurate; hic curat, ille non curat minima. Vir exegeticus aptius verba ipsa e codice laudat, vir oratorius facundia ductus facile sua pro codicis verbis substituit. Idem valet de libris. In libro exegetico critico arte composito rectius quaeres textum purum. Liber dogmaticus vel polemicus modo arctius codicem sequetur modo argumentatione duce, lectionem minus bene per testes firmatam adferet. Denique libri ut ita dicam practici in aedificationem fidelium scripti sensum generalem spectant verbis ipsis saepe neglectis. Sermones et orationes omni modo scripturae dicta flectunt et orationi currenti admiscent.

Scriptores pariter atque librarii ex incuria ut homines errantes falso locos citant etiam e codice praesenti, quanto facilius id fit cum e memoria sententias adferunt. Uno loco addunt, alio omittunt, tertio transponunt nunc

vocabula singula nunc verborum combinationes. Denique verba mutant, vel singula vel plura, ne dicam sententias. Aliis verbis idem fere dicunt, iisdem fere verbis aliud dicunt. Hoc modo existunt variationes innumerabiles.

Saepius de hac re disputaverunt, vel hodie etiam disputant, theologi ac si patres singulari incuria scripserint, multo negligentiores fuerint quam scriptores et theologi huius aevi. Minime. Et nos homines sumus. Qui se ipsum ore dicentem et calamo scribentem sine ira et studio observet, mox errores similes cernet. De erroribus meis silebo. Duo in promptu habeo virorum clarissimorum et doctissimorum errata. Carolus Hodge, professor celeberrimus Americae septentrionalis, Tholuckii amicus, in opere magno suo theologico verba ex Gen. 3,15 adferre voluit. Fuit vir animi exegetici, ut ita dicam, qui commentarios qui hodie quoque non parvi sunt pretii scripserat, multos fuit in Scripturis legendis. Nihilominus verba ita dedit:¹ „The seed of the woman shall bruise the serpent's head.“ Re vera saepe in Anglia et in America audita sunt illa verba hunc ad modum, putantque multi ea biblica esse, sed Bibliorum pars non sunt. Quo tempore liber ille typis exprimebatur ex familiaribus v. cl. Hodgii eram, et eum monui, verba illa non biblica esse, quod initio concedere noluit, posthac volumine excusso accuratius inquirens concessit. Sed vetuit verba mutari, quod ea, quibus sane sententia verborum biblicorum contineretur, ei ex usu valde probata essent. Adduco deinde v. cl. Fr. Kaulen, de Vulgatae historia optime meritum; cum de versione Latina vetere disputat,² verba Augustini bene cognita de Itala: „verborum tenacior cum perspicuitate sententiae,“ quae verba iam recte citaverat, alio loco sic reddit:

¹ Hodge, *Systematic theology*, New York, London, and Edinburgh, 1872, vol. 1, p. 38.

² Kaulen, *Geschichte der Vulgata*, Moguntiae a. 1868, p. 128.

„verborum tenacior cum *sermonis* perspicuitate“. Scriptor saeculi secundi qui tantam in evangelii textu variationem exhiberet, sine dubio testis esset „alius evangelii“. Ex his et ex similibus, quae lectoribus in mentem venient,¹ facile est iudicium prudentiae plenum ferre de consuetudine a scriptoribus in primis ecclesiae saeculis observata.

Cum loci copiosiores adferuntur paene necesse est scriptorem codicem volvisse, verba non e memoria protulisse. Ita in vetustissimis codicibus qui homilias continent accuratissime saepe exscripta sunt verba de quibus orator disserit, in codicibus qui commentarios continent interdum omni cura loci longiores redduntur quos commentator statim tractat.

Loci ex evangeliiis Matthaei Marci Lucae qui inter se fere consentiunt difficultatem magnam habent, nam saepe procul dubio scriptori non praesens fuit e quo evangelio hauserit, saepe cum id sciverit inscius verba ex aliis admiscuit vel sententias ad modum alius evangelii mutavit, saepissime nobis non dicit ex quo evangelio dictum adferre velit. Dubium igitur vel nobis vel scriptori ipsi est evangelium, dubius est locus ipse, dubiae sunt lectiones. Fieri potest ut omnibus locis accurate excussis clarius evadat iudicium de locis his harmonisticis qui dicuntur. Nunc prudentissimus quisque cautissime de lectionibus hoc modo confusis iudicabit.

Magna auctoritate valent loci qui vel ab eodem patre iterum iterumque vel a variis patribus eiusdem saeculi variis in regionibus scribentibus iisdem verbis adferuntur. Tutissime ibimus cum scriptor diserte de lectionibus suo tempore in patria sua variantibus dixerit.

¹ Amicus meus Abbotus in libro scientiae pleno *The authorship of the fourth gospel: external evidences*, Bostoniae a. 1880, pp. 39—41, adtulit novem locos ex scriptis theologi Hieronymi Taylor (*1613 †1667) quibus Ioh 3,3—5 laudatur. Nullus consentit cum versione Anglicana, duo soli inter se consentiunt.

(5.) *De scriptoribus Graecis.*

Cum codices scriptorum Graecorum adimus, statim curiosius inquirere debemus, utrum librarii locos sacrae scripturae, quos scriptor quidam adtulit, accurate exscripserint an mutarint ad normam textus iis bene cogniti. Interdum exempli gratia e commentario vel sermone clare elucet commentatorem vel oratorem textum alium ante oculos habuisse quam quem librarius posuit. Etiam quod ad locos longiores adtinet, non omiserunt librarii e codice iis ipsis usitatore verba scripturae inserere, extrusis locis qui iis ante oculos erant in exemplari exscribendo. Perversa haec nonnullorum consuetudo pretium codicum minuit, difficultatem rei criticae augit.

Non est quod dicam codices patrum eodem modo quo codices sacri textus critica arte excutiendos esse, pro aetate aestimandos, cum versionibus, si versiones exstant, comparandos esse. Ii autem qui scripta patrum verterunt saepius textum in his operibus sacrum non ex exemplari verterunt sed e versione scripturarum sacrarum quae ad manum erat exscripserunt, eodem modo atque librarii illi Graeci quorum consuetudinem iam reprobavi. Praebet talis scriptorum versio testimonium non de textu Graeco sed de textu sacro Latino vel Syriaco vel Coptico.

Pergamus ad editiones. Eadem perversitas etiam hic offendit. Exemplo est editio Puseyana commentarii Cyrilli Alexandrini in evangelium Iohannis. Brevi post initium operis omisit Heysius locos scripturae copiosiores exscribere, nihil Oxonium misit nisi initia et fines; locos deinde implevit editor Oxonii e Novo Testamento typis impresso. Si tale quid Oxonii anno 1872 evenire potuit, quanto magis in editionibus patrum prioribus, in quibus saepissime textus sacer sine signo mutatus est.

Opus est editionibus patrum Graecorum novis quae subsidiis criticis iisque locupletissimis nitantur. Cum nostra

intersit saecula prima penitus perquiri, laetissimus est nuntius virum clarissimum mihi que amicissimum Adulfum Harnack, professorem Berolinensem, auspicii academiae regiae Berolinensis, editionem scriptorum ecclesiasticorum Graecorum ab initio ecclesiae usque ad medium saeculum quartum instaurare velle. Prodromus huius operis iam exstitit in introductione ad eius „historiam veterum litterarum Christianarum usque ad Eusebium“.¹

a. *Periodus postapostolica.* Quae sparsa supersunt opera scriptorum ecclesiasticorum ex annis ante annum circiter 177 sive Irenaei tempus plus valent ad studia quae dicuntur canonica sive ad historiam canonis quam ad rem criticam illuminandam.

Clemens Romanus vel epistula ecclesiae Romanae ad ecclesiam Corinthianam saepius locos scripturae in genere adfert rarissime ita ut studiis textus criticis inseruiant loci, nam sunt partim loci adlati minus addubitati loci, partim defuit iis temporibus primoriis quod ad novi foederis scripta adtinet notio textus sacri, unde fit ut liberius adlatae sint sententiae verbis ipsis neglectis. Idem fere quadrat in Ignatii epistulas, Barnabae epistulam, Hermae librum pastoris. Iustinus martyr et philosophus in iis operibus suis apologeticis quae ad Iudaeum spectant Vetus Testamentum fusius adtulit, in iis quae ad imperatorem ethnicum missa sunt testimonia sacra non apte proferre potuit. Nihilominus inter pauca ex Novo Testamento quae apud Iustinum invenimus locum habemus qui libertatem illam in verbis adferendis praeclare exhibet, nam laudatur Ioh 3,3—5 admixto loco Matt 18,3² (Christianus Fridericus Matthaeius sane adseverat Iustinum in libris

¹ Harnack, Adolf, *Geschichte der altchristlichen Literatur bis Eusebius. Erster Theil: Die Ueberlieferung und der Bestand*, Lipsiae a. 1893.

² De hoc loco cf Ezra Abbot, *The authorship of the fourth gospel*, Bostoniae a. 1880, pp. 28—41.

genuinis textum Novi Testamenti semper falsasse uno loco Matt 5,20 excepto)¹ Eundem fere locum non sine admixtione nova praebent Homiliae Clementinae. Tatianus Syrus qui e quattuor evangeliiis unum consarcinavit in libro Diatessaron et ita lectionibus multo magis inter se commiscendis curavit, confecit harmoniam hanc, quod probabilius est, lingua Graeca urbi et orbi communi, etsi textus eius Graecus hodie non exstat. Post Tatianum igitur dubium erit, utrum loci ex evangeliiis synopticiis quae dicuntur a librariis vel a scriptoribus suo Marte cum aliis locis commixti an e libro Diatessaron hausti sint.

Quid valeant ea quae Hippolytus in libro „Philosophumena“ vel „Refutatio omnium haeresium“ ex scriptis saeculi secundi haereticis hausit, sub lite est.²

b. Periodus Lugduno-Alexandrina. Huic periodo (inde ab anno fere 177 usque ad annum 315) nomen dedimus ex domicilio virorum praecellentium qui agmen ducunt, dico Irenaei Smyrno-Lugdunensis, Clementis et Origenis Alexandrinorum.

Irenaeum († 202) hoc loco in litem ducimus propter chronologiam. Difficultatem tamen magnam propterea praebet opus eius „contra omnes haereses“ quod fragmenta praecipua quae supersunt Graeca per unum Epiphanium saeculi quarti exeuntis ad nos pervenerunt et passa sunt traditionem duorum paene saeculorum antequam Epiphanius ea exscripsit. Quae vero Epiphanii manum fugerunt, ea fragmentis paucissimis exceptis in sola versione Latina adhuc exstant, de qua infra dicendum est. Attamen multa ex Irenaeo hausta sunt, multum valet testimonium eius e saeculo ecclesiae secundo. Utinam discernere possemus, utrum codices suis secum ex urbe Smyrna portarit neque.

¹ Matthaei, *Ueber die sogenannten Recensionen* . . . Romneburgi et Lipsiae a. 1804, p. 64.

² De *Αἰσχρί* quae dicitur tractare vetat tempus et huius dissertationis scopus, nam mittimus ea quibus Tischendorfius non usus est.

Clemens Alexandrinus, natu fortasse Atheniensis, primus litterarum theologicarum magister exstitit, primus scienter ex cathedra pro ecclesia, scripsit. Vir erat liberalibus studiis imbutus qui calamo currente modo Vetus Testamentum modo Novum modo scriptores qui dicuntur classicos adtulit. Apud eum comparare possumus citationes omnis generis, scrutari possumus quo modo locos utriusque generis cum sacri tum profani laudaverit.

Origenes Alexandrinus, homo ille mirificus, qui mente et animo, industria et vi ceteros superavit, a quo scripturae sacrae textus cura indefessa elaboratus est, libros innumerabiles scripsit. Dolendum est libros permultos, propter haereses quarum accusatus est Origenes ab ecclesia spreto, iam diu perisse. Curae eius in textum Veteris Testamenti non prorsus interierunt. Mihi vix dubium esse videtur Origenem, quo modo Vetus Testamentum elaboravit, eodem modo etiam Novi Testamenti textum tractasse. Obeli et alia signa quae hic illic in codicibus exstant reliquiae esse possunt curarum eius. Origenes vero ipse non volens exemplum dat, quomodo textus non curetur sed corrumpatur. Ablego exempli gratia ad locum Ioh 1,28 ubi luce clarius videre possumus Origeni nihil valere codicum testimonium, si rationes allegoricae quas dicunt et rationes e geographica arte ductae lectionem probabilem esse monstraverint.¹ Sed de iudicio Origenis nobis non est cura. Saepius, quod loco iam laudato fit, uberrime de ea quae in codicibus et in scriptoribus illius aevi exstet lectione refert. De operibus Origenis quae hodie non supersunt nisi ex versione Latina posthac referetur.

Principatum tenent Irenaeus, Clemens, Origenes. Minime vero neglegendi sunt Athenagoras, Dionysius et

¹ Origenes, *In evangelium Ioannis commentariorum pars 1* [*Opera* ed. Lommatszsch.], Berolini a. 1831, pp. 237—243; est tomus VI, 24.25.

Petrus Alexandrini, Methodius (de Marcione dicendum est cum de Tertulliano dicemus), Gregorius Thaumaturgus, Theophilus Antiochenus.

c. Periodus Nicaena. Scriptores qui inde ab anno circiter 315 usque ad finem saeculi quinti floruerunt fusius testimonium de Novi Testamenti textu praebent, sed testantur plerique in plerisque locis textum iam emendatum, unde fit ut minoris pretii sint in historiam textus constituendam. Nomina patrum celeberrimorum huius aevi nos in terras varias ducunt Syriam (Antiochiam), Palaestinam (Caesaream), Aegyptum (Alexandriam), Cyprum (Salamina), Thraciam (Constantinopolim), Cappadociam (Caesaream) et ceteri provincias alias multas repraesentant.

E schola Antiochena in qua fortasse recensiones Novi Testamenti textus potiores vel summa auctoritate factae sunt evasit Chrysostomus qui ore aureo verbum dei in urbe Constantini praedicaret. Etsi orator erat, non minus erat vir exegeticus qui curiosius textum inspicere non omisit. Loci etiam pleni praedicationibus ut textus praefixi multum valent in textu eo tempore apud eum usitato definiendo. Tischendorfius usus est codice Guelferbyitano saeculi sexti qui homilias in evangelium Matthaei continet. Multa etiam hausit ex operibus Christiani Friderici Matthaeii,¹ qui tot Chrysostomi codices accuratissime contulit. Eiusdem scholae erant Theodorus Mopsuestenus et Theodoretus Cyrensis. Scholam Alexandrinam et traditionem eius repraesentant Eusebius Caesareensis Palaestinae, Didymus Alexandrinus, Athanasius Alexandrinus, Cyrillus Alexandrinus e quibus Eusebius et Cyrillus profuse verba Novi Testamenti adferunt. Aegyptiae scholae vix alienus est Epiphanius Salaminae in insula Cypro. Cappadocia

¹ De Matthaeio cf supra, pp. 249—251. Cf in primis discursus eius „de Chrysostomo, ceterisque interpretibus, eorumque codicibus mss,“ praefatio „in omnes d. Pauli epistolas,“ *Thess Tim*, Rigae a. 1785, pp. (19) sine numeris.

in litem mittit ex urbe Caesarea Basilium Magnum qui etiam Constantinopoli degerat, et cuius amicus Gregorius Nazianzenus litterarum et theologiae studiis se Caesareae in Palaestina, Alexandriae, Athenis dederat; Basilii frater Gregorius Nyssenus in Ponto e libris Origenis se instruxit in scripturis sacris. Euthalius diaconus operam multam studiumque navavit textui Actuum et Epistularum curando.¹

d. Saecula posteriora. E saeculis posterioribus non est quod multos adferamus scriptores. Andreas Cretensis et pedisequus eius Arethas Apocalypsim tractaverunt et traditionem textus huius libri paene penes se habent. Iohannes Damascenus in Parallelis suis sacris magna diligentia locos innumeros coacervavit. Oecumenius, Theophylactus, Euthymius Zigabenus commentati sunt multos Novi Testamenti libros partim suo Marte partim impensis scriptorum ecclesiae priorum; in hac re catenis similes sunt eorum commentarii.

e. Catenae. De scholiis quae Christianus Fr. Matthaei conlegit sufficit ut ad editiones eius lectorem ablegam.²

Catenae³ sive florilegia e scriptoribus ecclesiasticis textui sacro subnexa non tantum ultimorum saeculorum sunt,

¹ Cf supra, pp. 153—161. — V. cl. Albertus Ehrhard, nunc professor Herbipolitanus, „Der codex II ad epistulas Pauli und ‚Euthalius diaconos‘“ in actis *Centralblatt für Bibliothekswesen*, VIII, 9, Lipsiae a. 1891, pp. 385—411, vult Evagrium Ponticum pro Euthalio ponere. Cf contra Erhardum v. cl. Ernestus de Dobschütz, „Ein Beitrag zur Euthaliusfrage“ iisdem in actis, X, 2, a. 1893, pp. 49—70.

² Ut supra, pp. 249—251.

³ Cf Iohannes Christophorus Wolf, *Catenas patrum Graecorum easque potissimum nunc . . . ex codicibus quibusdam Anglicanis eruditae contemplandas sistens et specimina quaedam eorum exhibebunt* [W. et discipulus], . . . Witembergae a. 1712; — Ioannes Georgius Walch, *Bibliotheca patristica*, . . . Ienae a. 1770, pp. 193—198, ed. nova a Ioanne Traugott Lebrecht Danz, Ienae a. 1834, pp. 247—254; Ioannes

nam habemus catenas easque bonas in codicibus saeculi octavi, noni, decimi et Cassiodorius saeculi quinti exeuntis aequae ac Procopius Gazaeus collectiones tales iam confecisse videntur. Tregellesius¹ callidis rationibus ductus demonstrare voluit codices cum catenis textum prae ceteris vetustum et purum exhibere, vix tamen eam vim quam putavit habent rationes illae.

Laudantur in catenis saepissime Origenes et Chrysostomus, deinde etiam scriptores multi ex omni aevo. Primo maximam partem posuerunt confectores catenarum siglum ante citationem unamquamque, e quo intelligi posset cuius scriptoris essent verba. Facile postea confusa sunt inter se haec sigla; saepius Ammiano adtributa sunt verba Ammonii vel Ammonio verba Ammiani, Gregorio Nazianzeno verba Gregorii Nysseni vel e contrario, Severo verba Severiani vel Severiano verba Severi. Theodoretus confusus est cum Theodoro, quam saepe vero inter se Theodori quattuor Antiochenus, Heracleota, Monachus, Mopsuestenus. Quaerendae sunt catenae Novi Testamenti in primis in octo tomis Cramerii (vide infra in catalogo scriptorum sub voce cat).

(6.) *De scriptoribus Latinis.*

Scriptores Latini testantur primo loco textum versionis Latinae cum veteris tum Vulgatae. Tertullianus magister exstitit et multa praebet; in oratione domini ordinem

Albertus Fabricius, *Bibliotheca Graeca*, ed. G. C. Harlesius, Hamburgi a. 1802, vol. 8, pp. 637—700; de catenis in Novum Testamentum pp. 669—700; — Iohannes Augustus Noesselt, *De catenis patrum Graecorum in Novum Testamentum observationes*, Halis a. 1762 [*Opusce. ad hist. eccl. fasc. 3*, Halis a. 1817, p. 321s.]; — v. cl. Otto Fridolinus Fritzsche, „Exegetische Sammlungen“ apud Herzogium *Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche*, ed. 2, Lipsiae, vol. 4 (a. 1879), pp. 449—453.

¹ Tregelles, *Codex Zacynthius*, Londinii a. 1861, p. IVs et 111s.

petitionum exhibet quem nullus alius testis habet. Quae Marcionis supersunt praecipue Tertulliano debentur, et haec Marcionis verborum versio nos ducit ad interpretationes ceterorum scriptorum Graecorum Latinas. Interpres Irenaei putatur Tertulliani tempore scripsisse,¹ quod fieri potuit sive Tertullianus hac versione usus est sive non usus est. Exemplo est hic interpres fieri posse ut versio purius textum reddat quam scriptor alius scriptoris verba adferens, nam accuratius vertit locos sacrae scripturae quos Irenaeus citavit quam Epiphanius, Theodoretus, Anastasius Sinaita in Irenaeo Graece laudando hos locos reddiderunt.² Origenis interpretes magnum locum implent, quippe qui soli tot libros servarint. Non est quod de aliis interpretibus Latinis fusius dicam, e. g. interprete Orsiesii Aegyptii et interprete Iacobi Nisibeni. Revertamur ad scriptores Latinos. Cyprianus, qui profuse prolixèque scripturas sacras laudavit, horrea posuit in usum virorum rei criticae peritorum,³ praecipue enim e codice evoluto exseripserit necesse est. In Apocalypsim multum prosunt Victorinus, Tichonius vel Pseudo-Tichonius, Hieronymus, prae ceteris Primasius.⁴ Satis erit hoc loco nominasse

¹ Nondum adsentiri possum opinioni vv. ell. Westcotti Hortiique, qui saeculi quarti esse volunt Irenaei interpretem.

² Cf Mt 1,18. Ad Ioh 1,1.3 (Massueti p. 191; Stierenii pp. 470. 471) descripserunt locum minus accurate. Anastasius habet in fine $\alpha\rho\delta\epsilon\ \xi\rho$, $\delta\ \gamma\acute{\epsilon}\gamma\omicron\rho\rho\epsilon\nu$ contra interpretem Latinum; Irenaeus, quod nemo nescit, adsociavit $\delta\ \gamma\acute{\epsilon}\gamma\omicron\rho\rho\epsilon\nu$ versui qui sequitur; cf Stierenius, p. 470, adn. b.

³ Cf supra e. g. codex reg Actuum, pp. 965.966, et liber Corssemi ibi citatus; vide etiam passim v. el. Wordsworthii sociorumque eius *Old-Latin biblical texts. I—III*, Oxonii aa. 1883—1888.

⁴ Hos omnes excussit v. el. Iohannes Haussleiter (de Primasio vide infra catalogum), „Die Commentare des Victorinus, Tichonius, und Hieronymus zur Apokalypse. Eine literargeschichtliche Untersuchung“ in actis *Zeitschrift für kirchliche Wissenschaft und kirchliches Leben*, Lipsiae a. 1886, num. 5, pp. 239—257; cf v. el. Hugo Linke, *Studien zur Itala. 1. Die vorhieronimianische Ueberlieferung*

Hilarium,¹ Ambrosium, Augustinum, Pelagium, Fulgentium, Vigilium. Priscillianum,² quem vir doctissimus mihi-que amicissimus Georgius Schepps in lucem dedit, praetermittere coactus sum iisdem rationibus ductus, quibus *Αδαχιϋ* iam praetermisi.

Quod ad scriptores Latinos adinet hodie multum debemus viris iis doctissimis qui auspiciis Academiae Scientiarum Vindobonensis editiones novas lectionibus variis locupletatas instituunt. Attamen curae sit textum bene definire. Textui Cypriani inseruit primus v. cl. Hartelius lectiones multas veteres Latinas. Plus vero quam e re est, sequitur Hartelius codicem Sessorianum, qui e textu Cypriani bono processit, saepius tamen longius ab illo textu discessit. Cognitio textus biblici accuratior iudicium melius de testibus Cypriani praestitisset.

(7.) *De scriptoribus Syriacis, Aegyptiis, Armeniacis, ceteris.*

Hoc loco vix aliud quidquam ponere velim quam vota. Scriptores Graeci scientias et artes liberales in ecclesiae usum verterunt et traditionem paene totam in manibus habuerunt. Fieri vero vix potuit quin iam saeculis ecclesiae primis ex urbe Antiochia Graeco-Syriaca exiens scientia Christiana

der Offenbarung Johannes [Programma gymnasii urbani evangelici ad s. Elisabetham. Progr. 1889. No. 164], Vratislaviae a. 1889.

¹ Cf v. cl. A. Zingerle, „Die lateinischen Bibleitate bei S. Hilarius von Poitiers“ in actis *Kleine philologische Abhandlungen von A. Z. IV*, Oeniponti a. 1887, pp. 75—89.

² Schepps, *Priscillian, ein neuaufgefundener Lat. Schriftsteller des 4. Jahrhunderts*. Vortrag, Herbipoli a. 1886, cum faesimili, et „Die Sprache Priscillians“ in actis *Archiv für lateinische Lexikographie*, vol. 3, pp. 309—328, et in primis *Priscilliani quae supersunt maximam partem nuper detexit adiectis commentariis criticis et indicibus primus edidit G. S. . . .* [Corpus script. eccl. Lat. vol. 18]. Vindobonae a. 1889; — item v. cl. Fridericus Paret, *Priscillianus, ein Reformator des 4. Jahrhunderts*, Herbipoli a. 1891, pp. VIII, 302.

Edessae, Nisibis multum proficeret. Immo vidimus in codicibus Syriacis nonnullis¹ theologos Syriacos rei criticae operam dedisse modo prorsus accurato, etiam minima curantes ad exemplum Iudaeorum. E talibus laboribus processerunt nisi fallor recensiones illae, quas viri doctissimi Westcottus Hortiusque Antiochiae medio saeculo tertio et quarto saeculo medio factas esse opinantur. Magnam testimoniorum silvam habet textus Novi Testamenti Syriacus. Utinam viri clarissimi Hallius, Gwynnius, Baethgenius, Gwilliamus vias per hanc silvam aperiant.

Christianos in Aegypto litteris etiam favisse certum est. Utrum vero quae pauca adhuc de eorum scriptis nobis adlata sunt magnum fructum datura sint necne futurum tempus diudicabit.

Aethiopia sine dubio nonnulla praebebit.

Multum, spero, nobis dabit ecclesia Armeniaca. Iam prius ab ecclesia Graeca separata, traditionem suam servavit. Bibliothecas magnas his annis coacervaverunt viri ecclesiae Armeniacaе spectatissimi in urbe Eτζshmiadzin. Iidem viri prospiciunt hoc tempore instructioni eorum qui thesauros perscrutaturi et in usum ecclesiae excussuri in lucemque daturi sint.² De fructu disputari non potest. Satis sit recordari commentationem Ephraemi Syri in Tatiani Diatessaron Armeniacaе ante multos annos Venetiis typis impressam, apologiam Aristidis, acta Apollonii, traditionem de Aristione auctore versuum duodecim ultimorum evangelii Marci, his proximis diebus evulgatam, quam v. cl. F. C. Conybeare e codice Eτζshmiadzensi hausit.³

¹ Vide supra, p. 815.

² Iam supra nominavi v. cl. archidiaconum Karapet (ter Mkrtzshian) qui Lipsiae a facultate philosophica rite gradum doctoris philosophia a accepit.

³ Conybeare, *The Expositor*, Londinii(?) a. 1893, mense Octobri, pp. 241—254; cf v. cl. Adolfus Harnack, *Theologische Literaturzeitung*, Lipsiae a. 1893, 11 Nov., coll. 561—564.

2.

SCRIPTORES.

Lectorem non fuget Tischendorffium plus semel opera quae testimonium minime reiiciendum praebent nominatim non laudasse, unde fit ut desiderentur horum librorum tituli in hoc catalogo.

Tischendorffius omisit saepius paginam cum scriptoris alicuius locum adtulit, si liber laudatus indicem habuit. Non est autem quod dicam indices editionum raro tam accurate quam opus est confectos esse. Burgonius indices in omnes vel in plerosque scriptores componere voluit vel iam composuit.¹

A.

Acac: Acacius Monophthalmus, Eusebii discipulus, mortuo Eusebio episcopus Caesareae constitutus est anno 340, obiit anno circiter 366, scripsit inter alia *συμμάχτων ζητημάτων* libros sex. Laudatur ex catenis.

Act. Barnab.: acta Barnabae, vix ante Constantinum Magnum a. 275 scripta; recensio servata ante annum 478 comparata est; apud Tischendorffium, *Acta apostolorum apocrypha*, Lipsiae 1851, p. 64—74, vide etiam ibidem p. XXVI—XXXI; cf. R. A. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden*, II, 2, Bruusvigae a. 1887, pp. 270—320.

Acta conciliorum: cf. editio Iohannis Harduini (e societate Iesu), Parisiis a. 1714, et Iohannis Dominici Mansi (* Luceae anno 1692, † anno 1769), *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*, Florentiae a. 1759 usque ad (Venetiis) a. 1788, tomos unum et triginta complectens.

ad 1 Co 8,6 citatur epistula Germani episcopi Constantinopoleos ad Thomam episcopum Claudiopoleos; cf. Concilii oecumenici VII vel Nicaeni II actio quarta; apud Harduinum, Parisiis a. 1714, vol. 4, p. 253 e.

¹ Cf. supra, p. 1137, adn. 1.

- ad 1 Ti 3,16, p. 850, laudantur acta conc. Constantinop. 2, quae apud Harduinum, vol. 3, col. 84 inveniuntur.
- ad 1 Io 5,7 citantur acta conc. Lateran. a. 1215, quae exstant apud Harduinum, vol. 7, coll. 17.18.
- acta concilii Nicaeni; apud Mansium, vol. 2, col. 635 seq.
- aet martyr agap: acta sanctorum Agapes, Chioniae, Irenes, etc. apud Ruinarium, *Acta martyrum*, ed. Bernardus Baillie, Veronae a. 1731, p. 348a.
- Act^{phil}: acta Philippi; apud Tischendorfium, *Acta apostolorum apocrypha*, Lipsiae 1851, p. 75—94 (104); vide quoque ibidem p. XXXI—XXXVIII (XL), cf. R. A. Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten . . .* Brunsvigae aa. 1883—1890, cf. index sub voce Philippus, pp. 229—231.
- Act^{pil a vel b}: acta Pilati duplicis recensionis a et b apud Tischendorfium, *Evangelia apocrypha*, Lipsiae, ed. 1 (1853), p. 203—300; ed. 2 (1876), p. 210—322.
- cod mon: codex Monacensis, vide ibidem, ed. 2, p. 241 et LXXI.
- Acta Thomae: cf. Tischendorfius, *Acta apostolorum apocrypha*, Lipsiae a. 1851, pp. LXIII—LXVIII et 190—234, et Ricardus Adalbertus Lipsius, *Die apokryphen Apostelgeschichten . . .* ubi vide indicem sub voce Thomas.
- Adimant: Adimantus, saeculi tertii, unus ex Manetis (qui Manes anno 277 floruit) discipulis duodecim, in Africa plurimum habitans. Augustinus librum contra eius doctrinam scripsit, in quo libro verba multa Adimanti exstant; vide Aug.
- Afric: Iulius Africanus, ortu fortasse Afer, vixit temporibus Heliogabali (218—222) et Alexandri Severi (222—235), Emmai in Palaestina totam fere vitam degit, urbem Heliogabalo favente instauravit eique nomen Nicopolim dedit, composuit libros quinque de chronographia; vide Smithium et Wacium, sub voce Africanus et v. cl. Adolfum Harnack, *Die Zeit des Ignatius . . .* Lipsiae a. 1878, et v. cl. Henricum Gelzer, *Sextus Iulius Africanus und die byzantinische Chronographie*, Lipsiae, pars 1 a. 1880, partis alterius fasc. 1 a. 1885. Laudatur ex Eusebio. Apud Gallandium, vol. 2, p. 337—376, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 10, coll. 63—94.
- aristid: epistula ad Aristidem de domini genealogiis discrepantibus; apud Routhium, vol. 2, p. 228, apud Mignium, vol. 10, coll. 51; cf. v. cl. Fridericus Spitta, *Brief des Iulius Africanus an Aristides*, Halae a. 1877.
- Agapet: Agapetus, episcopus Romanus annis 535.536: epistulae eius quinque exstant apud Mansium, vol. 8, p. 856.855.848.850.921, apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 66, coll. 35—80.

- Alex:** Alexander episcopus Alexandrinus inde ab anno circiter 313 usque ad annum 326, Arii adversarius, scripsit epistulas nonnullas, ex quibus duae exstant, de Ariana haeresi deque Arii depositione; apud Gallandium, Venetiis 1788, vol. 4, p. 441—456, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 18, coll. 547—582.
- Alex:** Alexander, Photio auctore Lycopoli archiepiscopus, floruit saeculo fere quarto ineunte, scripsit tractatus de placitis Manichaeorum; apud Combefisium, *Bibliothecae Graccorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars altera, p. 3—21, apud Gallandium, Venetiis 1788, vol. 4, p. 71—88, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 18, coll. 411—448.
- Amb:** Ambrosius episcopus Mediolanensis inde ab anno 374 usque ad annum 397. Opera eius ediderunt monachi ordinis Benedictini congregationis S. Mauri, Parisiis a. 1686.1690, per duo volumina dispersita (huius editionis volumina ad vocabula singula adpositi), Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 14—17 (a. 1845) Ballerinius. Paginae editionis Parisiensis notantur apud Mignium.
- abel:** de Abel et Cain libri duo (vol. 1, coll. 181—224).
- abr vel abra vel abrah:** de Abraham patriarcha libri duo (vol. 1, coll. 277—352).
- apol dav:** apologia prophetae David ad Theodosium Augustum anno 385 (vol. 1, coll. 673—734).
- bened patri:** de benedictionibus patriarcharum liber unus anno 387 (vol. 1, coll. 511—532).
- bon mort:** de bono mortis liber unus, anno 387 (vol. 1, coll. 383-414).
- cain:** *vide* abel
- elia:** de Elia et ieiunio liber unus (vol. 1, coll. 531—562).
- ep vel epp vel epist:** epistulae (vol. 2, coll. 733—1108).
- exhort virg:** exhortatio virginitatis (vol. 2, coll. 275—302).
- fid:** de fide ad Gratianum Augustum libri quinque anno 377 inchoati, absoluti anno 379 (vol. 2, coll. 439—596).
- fid res vel resurr:** de excessu fratris Satyri libri duo, quorum alter de fide resurrectionis vocatur (vol. 2, coll. 1109—1170).
- fug vel fug saec:** de fuga saeculi liber unus paulo post annum 387 scriptus (vol. 1, coll. 415—440).
- hex vel hexa:** in hexaemeron libri sex, anno 389 scripti (vol. 1, coll. 1—142).
- iacob:** de Iacob et beata vita libri duo (vol. 1, coll. 439—480).
- incarn:** sermo de incarnationis dominicae sacramento, anno circiter 382 (vol. 2, coll. 699—730).
- inst virg:** de virginis institutione ad Eusebium liber unus *vel* sermo de virginitate perpetua S. Mariae (vol. 2, coll. 247—274).

- interp *vel* interp iob *vel* interp dav *vel* interpell dav: de interpellatione Iob et Davidis libri quattuor (vol. 1, coll. 621—672).
- ios *vel* ioseph: de Iosepho patriarcha liber unus (vol. 1, coll. 479—510).
- isaac: de Isaac et anima liber unus (vol. 1, coll. 353—384).
- laps virg [*ex errore virgg*]: de lapsu virginis consecratae (vol. 2, coll. 301—320).
- lib de sacram: *vide* sacram.
- luc: commentariorum in evangelium secundum Lucam libri decem anno 386 (vol. 1, coll. 1257—1544).
- myst: de mysteriis, *sive* de iis qui mysteriis initiantur liber unus, anno 387 (vol. 2, coll. 319—342): nonnulli negant hunc librum Ambrosii esse. Oudinus, *Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis*, Lipsiae a. 1722, vol. 1, coll. 1827—1920, vindicat librum hunc de mysteriis et libros sex de sacramentis Ambrosio Caturcensi Galliarum episcopo, saeculi octavi desinentis, et eos edit, coll. 1861—1920, sub titulo hoc: sermones sen tractatus septem de sacramentis. Utrumque opus non multo post Ambrosii tempus, nec longe a Mediolano exstitisse videtur.
- noe: de Noe et area liber imperfectus (vol. 1, coll. 225—278).
- obi theod *vel* obit theodos: oratio de obitu Theodosii imperatoris, anno 395 habita (vol. 2, coll. 1195—1214).
- obit valent: de obitu Valentiniani consolatio (vol. 2, coll. 1171—1196).
- off *vel* offic: de officiis ministrorum libri tres, anno circiter 391 scripti (vol. 2, coll. 1—142: *vide* quoque folium unum praepositum).
- par: de paradiso liber unus paulo post annum 374 scriptus (vol. 1, coll. 143—182).
- poenit: de paenitentia libri duo, anno circiter 384 scripti (vol. 2, coll. 385—440).
- ps: enarrationes in Psalmos duodecim [1.35—40.43.45.47.48.61] (vol. 1, coll. 733—968); et expositio in Psalmum 118 (vol. 1, coll. 967—1258).
- sacram: de sacramentis libri sex (vol. 2, coll. 341—386); *vel* Ambrosii *vel* alicuius discipuli eius; *vide* Sabatarium, vol. 1, p. XLVI: *vide* quoque supra *myst*
- serm cont aux: sermo contra Auxentium de Basilicis tradendis, qui sermo in epistula 21 habetur (vol. 2, coll. 861—874).
- sirie: ad Le 1,37 est epistula 42 (quam apud Gallandium, vol. 7, p. 542 invenies, eum titulo „rescriptum Ambrosii aliorumque

episcoporum ad Siricium papam⁶⁶) in editione Ambrosii operum Benedictina, vol. 2, col. 967 (ex errore autem habet epistula 41 quoque signum 42).

spi sa *vel* spir san: de Spiritu Sancto libri tres, anno circiter 381 scripti (vol. 2, coll. 595—700).

tob: de Tobia *sive* adversus foeneratores liber unus, anno 386 (vol. 1, coll. 587—622).

vidu *vel* vidui: de viduis liber unus (vol. 2, coll. 185—210).

virg *vel* virgin *vel* de virg: de virginitate liber unus (vol. 2, coll. 211—246).

virgg: de virginibus ad Marcellinam sororem suam, libri tres (vol. 2, coll. 141—184).

virgg col: ad Col 3,17, ex errore; Sabatarius scripsit *de virg. col.* 180 c., ubi *col* columnam significat: est *de virginibus*, in editione Benedictina vol. 2, col. 180 c.

virg devot: libellus ad virginem devotam (vol. 2, app. col. 365—368; in editione Migniana, vol. 17 (4), col. 580 c); vix Ambrosii est. [#]

Amb ^{5 saec}: codex Ambrosianus bibliothecae Mediolanensis, versionis Veteris Testamenti Graecae LXX, saeculi fortasse quinti, continens partem maiorem Pentateuchi et librum Iosuae; editus est a v. el. A. M. Ceriani in libro *Monumenta sacra et profana ex codicibus praesertim bibliothecae Ambrosianae*, tom. 3 (Mediolani a. 1864 [—1871]), cuius tomi titulus est *Pentateuchi et Iosue quae ex prima scriptura supersunt in codice Ambrosiano Graeco seculi fere V.*

Ambrst: Ambrosiaster seu Pseudo-Ambrosius, fortasse Faustinus (cf infra Faust) presbyter Romanus qui post medium saeculum quartum floruit, scripsit vel consarcinavit librum: commentaria in tredecim epistulas beati Pauli (unde 2 cor, eph), operibus Ambrosii consociatum; in editione Benedictina, vol. 2 append. coll. 21—318, apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 17, 45—508; et Ballerinum. Cf de Ambrst v. el. Iosephus Langen, *De commentariorum in epistolas Paulinas qui Ambrosii et quaestionum biblicarum quae Augustini nomine feruntur scriptore dissertatio* [libellus academicus in diem 3 Augusti a. 1880], Bonnae. a pp. 44 in 4.

rom: editio Romana a. 1580. 1588, 5 tom. fol.

ven: editio Veneta 1748—1751 in 4 tom. fol.; 1781. 1782 in 8 tom. 4^o. Videtur textus editionis Venetae idem fere esse atque textus editionis Parisiensis.

Amn *vel* Ammon: Ammonius; huius nominis duo distinguendi sunt: (1.) Ammonius philosophus Alexandrinus qui anno 220 floruit.

Ammonio huic adscribuntur canones, quos Ammonianos dieunt, quos autem, post Lloydium et Westcottum, Iohannes Guilelmus Burgonius (*The last twelve verses of the gospel according to S. Mark*, Oxoniae a. 1871, p. 126—132, 295—311) recte docet Eusebio ipsi adtribuendos esse. Ammonius consarcinavit quattuor evangeliorum harmoniam diatessaron seu monotessaron, quod opus iure a Cavio et Tischendorfio in monotessaro a Victore Capuano olim Tatiano adscripto agnoscitur (vide Gallandium, vol. 2, p. 546—604), iam dudum periit. De Ammonio hoc vide Cavium, vol. 1, p. 109seq.; confer apparatus criticum ad Mc 6,11 Io 1,36.

(2.) Ammonius, presbyter et oeconomus Alexandrinus, qui anno 458 claruit. Tischendorfius in editione sua septima Novi Testamenti, Alfordio et Scrivenero ut videtur consentientibus, Ammonium hunc multo iuniorem cum praecedente confudit. Hic Ammonius iunior ex catenis citatur, unde Amm^{cat}, confer quoque Amm^{presb} in apparatu critico ad Io 7,53 sqq. p. 827, et ad Act 5,41; vide Cramerum, vol. 2, p. iv seqq.; Cavium, vol. 1, p. 445 seq.; Wetstenium, *N. T. Gr.*, Amstelaedami a. 1751, vol. 1, proll. p. 76; Smithium, *Dictionary of Greek and Roman biography*, Londinii 1849, vol. 1, p. 145. Quod mireris, deest Ammonius uterque in libro: Smith and Wace, *Dictionary of Christian biography*, Londinii 1877, vol. 1. Fragmenta Ammoniana exhibet Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 85, coll. 1361—1610.

Amphil vel Amphiloeh vel Amphiloeh: Amphiloehius, Ieonii episcopus, floruit anno 370; opera edidit Franciscus Combefisius, Parisiis a. 1644, fol., et Gallandius, vol. 6, p. 457—514, et Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 39, coll. (9) 35—130.

iambi ad Seleucum: epistula iambis scripta ad Seleucum, olim Gregorio Nazianzeno adscripta.

Anast anti vel antioch: Anastasius, fortasse monachus Sinaiticus, Antiochiaepiscopus inde ab anno 559, sede depulsus anno 570, ut Aphthartodocetis vel Incorruplicolis inimicus, restitutus anno 593, mortuus est anno 598; ei successit Anastasius, forsan hic quoque monachus Sinaiticus, qui mortuus est anno 610. Anastasio Antiocheno tribuuntur orationes quinque, dubii auctoris dubiae aetatis, quae exstant Latine apud Canisium: *Lectiones antiquae*, ed. Basnag., Antverpiae a. 1725, vol. 1, p. 428—464, additis „sermonibus quattuor“ apud Gallandium, vol. 12, p. 233—257, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. 1309—1362. Conferendus est de Anastasiis Oudinus, vol. 1, coll. 1479—1492 et 1663—1666; Cavium, vol. 1, p. 531.550.599; Edmundus Venables, apud *Smith and Wace*, vol. 1, p. 109.110. Oudinus cum Cavio arbitratur

tres Anastasios monachos Sinaiticos patriarchas Antiochenos annis 561 [recte 559], 599, circiter 685 exstittisse; Edmundus Venables existimat priores duos patriarchas Antiochenos fuisse, nunquam monachos Sinaiticos, tertium monachum Sinaiticum fuisse, nunquam patriarcham, sed non exposuit cur traditionem conjunctionis intimae inter Antiochiam et monasterium Sinaiticum respueremus. Litem autem lite resolvere nolumus, nec loei huius est plus addere. Lectori cauto Anastasii hi omnes cum libris suis incertissimi sint. Confer I. B. Kumpfmüller, *De Anastasio Sinaita*, Wireburgi a. 1865, et recessionem Steitzii, *Jahrbücher für Deutsche Theologie*, vol. 13, p. 526—532.

Anast: Anastasius Sinaita, monasterii in Sinai monte monachus, fortasse etiam Antiochiae archiepiscopus vel patriarcha, scripsit inter annos 677 et 686; saepe eum aliis eiusdem nominis permutatus est; vide supra ad Anast^{anti}.

hodeg: ὁδηγός vel dux viae adversus Acephalos, Severianos, et Theodotianos, unam tantum in Christo naturam admittentes; editus Graece et Latine a Gretsero, Ingolstadii a. 1606, et apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. 35—310.

quae vel quaest: quaestiones et responsiones 154 de variis argumentis in S. Scripturam; editae Graece et Latine a Gretsero, Ingolstadii a. 1617; Latine in *Bibliotheca patrum Lugdunensi*, vol. 19, p. 808 seq.; Graece et Latine apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. 311—824. Tischendorfius exscripsit fragmentum ex codice Coislinensi, *Anecdota sacra et profana*, Lipsiae a. 1855, p. 120s. Vide quoque librum Maii: *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1825, vol. 1, p. 369—376 et MPG. vol. 89, coll. 825—1202.

Anastas^{abbas}: Anastasius monasterii S. Euthymii in Palaestina abbas, claruit a. 749 (alii dicunt a. 875). Librum contra Iudaeos ei adscriptum ediderunt Canisius, *Lectiones antiquae*, tom. 3, pars 1, p. 123, edit. nov. tom. 2, pars 3, p. 9—48, Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 7 (a. 1833), p. 207—244, Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. 1203—1288. Fabricius noluit librum Anastasii huius esse, quod scriptor diserte dicit plus octingentos annos defluxisse a deletis Hierosolymis.

And: Andreas Caesareae episcopus, saeculi fortasse quinti exeuntis, cuius liber *Ἐπιτηδεύματα εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν* primus commentarius Graecus in Apocalypsim videtur fuisse. Hunc commentarium edidit Fridericus Sylburgius, supplementum editionis commentarii Chrysostomi in epistulas Paulinas [Heidelbergae] anno 1596, fol., et Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 106, coll. (199) 207—486, repetitum

ex Sylburgio. De Andrea et de commentarii codicibus cf Franciscus Delitzsch, *Handschriftliche Funde*, Lipsiae a. 1861, fasc. 1, p. 10, Lipsiae a. 1862, fasc. 2, p. 29—44; — Rettigius, „Die Zeugnisse des Andreas und Arethas . . .“ in actis *Theologische Studien und Kritiken*, Hamburgi a. 1831, p. 734; — v. cl. Welte, sub voce „Andreas“ in fasciculo supplementario lexicī ecclesiastici.

a: codex Augustanus, nunc Monacensis Graec. 544, saec. XIV, cuius lectiones apud Sylburgium in appendice adnotantur; cf Delitzsch. 2, p. 31—34.

bav: codex Bavaricus, nunc Monacensis Graec. 23, saec. XVI, apud Sylburgium; cf Delitzsch. 2, p. 38.39.

e: codex Coislinianus 224, saec. X, quem Tischendorfius ipse contulit. Cramerus hoc codice in edenda catena usus est, textum autem optimum fere totum neglexit; cf Delitzsch. 2, p. 40—42.

p: codex Palatinus, nunc Vaticanus 346, saec. XV, ex quo editio Sylburgii hausta est; cf Delitzsch. 2, p. 29.43.44.

Tischendorfius anno 1859 codicem alium Andreae, saec. XV, Petropolim detulit, *Notitia* etc, Lipsiae a. 1860, p. 60, num. 7.

And ere vel cret: Andreas, natu Damascenus, monachus Hierosolymitanus, archiepiscopus Cretensis, floruit anno circiter 850 (alii volunt 635—680). Opera eius edidit Combefisius, Parisiis a. 1644, fol. Tischendorfius eum laudat ex Gallandio, vol. 13, p. 93—184. Mignius opera eius edidit, *Patrol. Gr.* vol. 97, coll. (789) 805—1444. De aetate eius vide Oudini argumenta, vol. 1, coll. 174—188, et v. cl. Edmundi Venables coniecturam apud *Smith and Wace*, vol. 1, p. 111.112.

Anonym^{aug} vel cret: est anonymi expositio in Apocalypsim, in Augustini operibus, edit. Benedictin. Parisiis 1700, vol. 3, part. 2, append. p. 143; ed. Paris. alt. a. 1837, vol. 3, pars 2, coll. 3107—3160, apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 3, pars 2, coll. 2417—2452.

Anonym^{laps}: anonymi tractatus ad Novatianum haereticum (cir. A. D. 255): quod lapsis spes veniae non est deneganda; apud Gallandium, vol. 3, p. 371—376, apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 3, coll. (1203) 1205—18.

Ansbert vel Ansbert: Ambrosius Ansbertus (Ansebertus, Autbertus, Autpertus, Amalbertus) episcopus Augustodunensis post medium saeculum octavum, cui adscriptus est commentarium in Apocalypsim, in appendice voluminis alterius editionis Parisini vel Benedictini operum Ambrosii Mediolanensis, coll. (497) 499—590, et apud Mignium, *PL*, vol. 17, coll. (763) 765—970. Ipse auctor vero se Berengandus nominat.

Antio *vel* Antioch: Antiochus S. Sabae monasterii monachus claruit anno 614.

hom: *παρθέζτης τῆς ἁγίας γραφῆς*; liber ex 130 homiliis; apud Fronto-Ducaem, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 1019—1252, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 89, coll. (1411) 1415—1856.

Antitact: Antitactae, nomen a Clemente Alexandrino haereticis paucis datum; vide *Smith and Wace*, vol. 1, p. 123.124.

Ant *vel* Anto *vel* Anton: Antonius Melissa (nomen Melissa est nisi fallor re vera titulus libri eius) incerti saeculi (Cavius a. circ. 1140; Oudinus saec. VIII; cf Grässe, *Allgemeine Literaturgeschichte*, Dresd. et Lips., vol. 2, pars 1, p. 235 f). Tischendorfius citat Antonium ut videtur ex editione Gesneri, Turici a. 1546, et ex Wetstenio qui editione Antonii et Maximii (Confessoris), unde „Anton et Maxim“, usus est, quae Stobaeo anni 1609 subiuncta est. Utraque citatio numerum non paginae sed „sermonis“ dat.

Apell: Apelles Gnosticus Marcionis discipulus claruit Alexandriae anno 188. Apud Hippolytum, vide Hipp^{phil}.

Aphraates: Iacobus Aphraates (Aphrahat, Farhad) episcopus in monasterio Mar Matthaei prope Mossul scripsit inter annos 337 et 345 et postea sine dubio. Homiliae eius exstant Syriace. *Homilies of Aphraates*, Syriace edidit Guilelmus Wright, Londinii anno 1869. Versio anglica adhuc desideratur. Ex his viginti duo homiliis exstant undeviginti Armenice sub nomine Iacobi Nisibeni, quas N. Antonellius, Romae a. 1756, edidit, Gallandius vero, vol. 5, pp. I—CLXIV, iterum typis mandavit. Has laudat Tischendorfius sub nomine Iac^{nisib}. Cf v. cl. Schönfelder, „Aus und über Aphraates“ in actis *Theologische Quartalschrift*, Tubingae vol. 6, pp. 195—206. v. cl. Gustavus Bickell, *Ausgewählte Schriften der syrischen Kirchenväter* [*Bibliothek der Kirchenväter*], Kempteniae a. 1874, pp. 7—151; cf v. cl. Georgius Bert, *Aphrahat's, des persischen Weisen, Homilien. Aus dem Syrischen übersetzt und erläutert* [Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen*. III, 3.4], Lipsiae a. 1888.

Apollin: Apollinarius nomen duorum theologorum, patris Alexandriae nati saeculo quarto ineunte, post annum 335 presbyteri Laodicensis, filii episcopi Laodicensis, deinde haeretici, qui anno circiter 392 supremum diem obiit. Filius metaphrasim psalmorum scripsit. Laudatur ex catenis.

ps: metaphrasis psalmorum; apud Gallandium, vol. 5, p. 357—457, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 33, coll. (1309) 1313—1538.

- Apollon: Apollonius ignotae patriae scripsit fortasse anno circiter 210 librum contra Cataphrygas. Testimonium eius de apocalypsi Iohannis offert Eusebius, *Historia ecclesiastica*, lib. 5, cap. 18, par. 14: vide etiam Gallandium, vol. 2, p. 199. 200, et Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 5, coll. (1375) 1381—1386.
- App: incertus sum utrum a Tischendorffio laudatus sit Aponius vel Apponius, scriptor Latinus qui saeculo sexto medio vel septimo exeunte floruit et commentarium in Cantica Canticorum scripsit in quo multae citationes ex Novo Testamento inveniuntur; *Bibliotheca maxima patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 14, p. 98 ss libros 1—6 praebet, quibus Maius, *Spicilegium Romanum*, Romae 1841, vol. 5, p. 1—85, libros 7—9 dimid. addit. Cf. etiam Grässe, *Allgemeine Literaturgeschichte*, vol. 2, p. 257.
- Apring: Apringius vel Aprigius, Pace Iulia in Hispania episcopus, qui claruit anno circiter 540, scripsit commentarium in Apocalypsim. Huius commentarii habuit I. L. Moshemius exemplar manu ex codice Hafniensi posthac incendio consumpto exscriptum, quo exemplari usus est I. A. Bengelius in libro *Fundamentum criscoos Apocalypseos*, unde ut videtur Griesbachius et Scholzius lectiones hauserunt. Tischendorffius in editione septima Apringium semel e Griesbachio laudat. Codex multum interpolatus nihil nisi lectiones Hispanas Apocalypseos Latinae praebet neque Apringii auctoritate uti potest, ut docet ipse Bengelius; vide Bengelium, *Fundamentum criscoos Apocalypseos*, XIV et XXII, 3, *Apparatus criticus ad Novum Testamentum*, ed. 2 a P. D. Burkio, Tubingae a. 1763, p. 494 et 501.
- Arat: Arator, Ligusticus, post annum 541 subdiaconus Romae, anno circiter 544 historiae apostolicae ex Luca expressae libros duos carmine heroico scripsit; apud Gallandium, vol. 12, p. 93—115 (116), apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 68, coll. 81—252.
- Archel: Archelaus, Chascarorum urbis in Mesopotamia episcopus, claruit anno circiter 278; apud Gallandium, vol. 3, p. 563—610, apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 10, coll. (1405) 1429—1528.
- disp: disputatio habita in Chascar civitate Mesopotamiae adversus Manetem; ediderunt Latine Zacagnius in suis *Collectaneis monumentorum veterum*, Romae anno 1698, et Fabricius in operibus Hippolyti, anno 1718. Routh, *Rel. Sacrae*, vol. 5, ed. 2 (Oxon. 1848), p. 3—206.
- Are vel Areth vel Aretha: Arethas archiepiscopus Caesariensis claruit anno circiter 900 (cf. I. C. T. de Otto, „Ueber das Zeitalter des Erzbischofs Arethas“ in actis *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, XXI, Lipsiae a. 1878, pp. 539. 540, v. cl. Adolfus

Harnaeckius in libro, *Texte und Untersuchungen*, Lipsiae, a. 1883, vol. 1, pars 1.2, p. 36—46, et v. cl. Oscarus de Gebhardt, *ibidem*, pars 3, p. 154—196), catenam in Apocalypsim composuit, plurimis ex Andrea Caesarensi haustis. Exstat apud Cramerum, *Catenae* vol. 8 (Oxonii a. 1840), p. 171—582, ad cuius editionem textum contulit et emendavit Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 106, coll. (485) 493—783.

cod. baroc: codex Baroccianus a Cramero editus.

morell: editio a Morello curata, post opera Oecumenii, Parisiis anno 1631, sine dubio ex editione Verouensi addita versione Latina.

veron: editio Veronensis ad calcem *Catenae Oecumenii*, anno 1532.

Ari: Arius presbyter Alexandrinus claruit inde ab anno 315, mortuus anno 336, Arianismi pater. Apud Epiphanium, *Panaria*, haer. 48 et 49 (68 et 69), ed. Oehler. Berolini a. 1860, vol. 1, part. 2, p. 568—731.

Arn vel Arnob: Arnobius Iunior, Gallus, presbyter, Semipelagianus, floruit anno fortasse 460.

de trin: Arnobii... et Serapionis, confictus catholici cum Serapione de Deo trino et uno, *M. P. L.* vol. 53, coll. (237) 239—322.

Asterius: e catenis laudatus, est Asterius saeculi quarti medii, Arianus, qui teste Hieronymo commentarios in psalmos, in evangelia, in epistula ad Romanos scripsit.

Ath: Athanasius, natus Alexandriae anno circiter 296, episcopus Alexandrinus anno 328 (alii 326) constitutus est: quater exsul, anno 373 supremum diem obiit. Opera eius tomis duobus in tria volumina divis, ediderunt monachi Benedictini ordinis S. Mauri, Parisiis anno 1698, quibus in Montefalconii libro *Collectio nova patrum* et aliis libris magnum supplementum accrevit; deinde omnia recusa sunt Patavii anno 1777. Usus est Tischendorfius editione Pataviensi, cuius paginae infra singulis titulis adduntur. Fragmenta exstant apud Gallandium, vol. 5, p. 159—241, apud Mignium, *P. G.* voll. 25—28.

contra Apollinarium libri duo, Apollinario mortuo, anno fortasse 372 scripti (vol. 1, p. 735—762).

ep. ad Castor: *vide* Pseudo-Ath

ep. ad Dracont: epistula ad Dracontium, anno circiter 354 scripta (vol. 1, p. 207—211).

epist festal: epistulae festales (ἐορταστικά), quarum fragmenta exstant apud Cosmam Indicopleustem, *Topographia christiana*, lib. 10, p. 316—319; *vide* Athanasii opera edit. Patav. vol. 3, p. 78—81, et Gallandium, vol. 5, p. 217—219.

- Epistulae hae editae sunt Syriace a Guilelmo Curetonio: *The festal letters of Athanasius*, Londinii anno 1848; editio Germanica a v. cl. F. Larsovio curata: *Die Festbriefe des heiligen Athanasius*, Lipsiae et Gottingae anno 1852; Syriace et Latine apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 6 (Romae 1853), p. 1—168.
- frag^{mai}: fragmentum vel in Lucae evangelium commentariorum excerpta apud Maium *Nov. patr. bibl.* vol. 2 (Romae 1844), p. 566—584.
- luc: fragmenta commentariorum in Lucam ex catenis (vol. 3, p. 32—36).
- ps: expositiones in psalmos, quorum textui in editione Pataviensi vulgato Tischendorfius parvam fidem habuit (vol. 1, p. 801—1002).
- tri: liber de trinitate et spiritu sancto, antea Vigilio Tapsensi adscriptus, circa annum 365 scriptus (vol. 1, p. 773—783). Latine tantum; vix Athanasii est.
- virg: *vide* Pseudo-Ath; est fortasse opus genuinum.
- Athenag: Athenagoras philosophus Atheniensis claruit circa annum 177. In *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 50—104; apud [Prud. Maranum], *Iustini opera*, Parisiis a. 1742; Gallandium, vol. 2, p. 1—58; I. C. T. Ottonem, Ienae anno 1857. Cf v. cl. Eduardus Schwartz, *Athenagorae libellus pro Christianis. Oratio de resurrectione cadaverum* [Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen IV, 2*], Lipsiae a. 1891; cf v. cl. Adolphus Harnack, *Die Ueberlieferung der griechischen Apologeten des 2. Jahrhunderts . . .* [*Texte und Untersuchungen. I, 1, 2*], Lipsiae a. 1882 [1883]. Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 6, coll. 890—1024.
- leg vel lega: legatio sive supplicatio pro Christianis;
- res: de resurrectione mortuorum.
- auct de bapt: *vide* Ps-Bas
- auct^{dupl mart}: auctor libri de duplici martyrio ad Fortunatum, inter Cypriani opera editi apud Hartelium, *Cypriani opera*, Vindobonae anno 1871, pars 3, p. 220—247, et Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 4, coll. 881—906.
- auct mans: auctor tractatus de XLII mansionibus filiorum Israel, saeculi fortasse octavi ineuntis (cf Sabatarius, vol. 1, p. LXII), in Ambrosii operum editione Benedictina, vol. 2, append. coll. 1—20; et apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 17, coll. 9—40.
- auct^{novat}: *vide ante* anonym laps
- auctor prologi galeati in epistulas catholicas Pseudo-Hieronimiani,

saeculi saltem sexti, cf *Ranke, Cod. Fuldensis*, p. 399, et cf supra, vol. 2, p. 338 sub 1 Ioh 5,7; Hieronymi opera, ed. Vallarsius, vol. 10, p. 1057. Exstat in codice r saeculi sexti vel septimi, cf Zieglerus, *Italafragmente*, p. 4ss. 56.

auct sing cler *vel* cleri *vel* cleric: auctor libri de singularitate clericorum; apud Hartelium, *Cypriani opera*, pars 3 [*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum*, vol. 3, pars 3, append.], Vindobonae a. 1871, p. 173—220 (de auctoris aetate vide ibidem p. LXIV), et Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 4, coll. 835—870: in Opp. Aug. 6,625—634.

auctor Speculi: vide supra, p. 961, cod. m, et Wehrichii librum.

auct voc (*vel* voca *vel* vocat) gen *vel* gent: de vocatione omnium gentium libri duo, opus anonymum anno circiter 440 exaratum, saepe falso Prospero Aquitano adscriptum; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 17, coll. 1073—1152; de auctore cf coll. 639—648; ex incuria ut videtur prodiit hoc opus iterum apud Mignium, vol. 51, coll. 639—722.

Aug: Aurelius Augustinus episcopus Hipponensis, natus anno 354, obiit anno 430. Opera eius ediderunt monachi Benedictini ordinis S. Mauri, Parisiis a. 1679—1701, 11 voll. fol.; huius editionis volumina ad titulos singulos adposui; — editio Parisina altera, emendata et aucta, Paris. a. 1836—1839, 11 tomi in 17 partt. Prodierunt ap. Mign., *Patrol. Lat.* vol. 32—46 et suppl. vol. 47.

act fel (*vel* felice) *vel* act fel manich: de actis cum Felice Manichaeo. libri duo (vol. 8).

adim *vel* adima *vel* adimant: contra Adimantum Manichaei discipulum, liber unus (vol. 8). Cf v. cl. Iosephus Zycha, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum*, Vindobonae, vol. 25.

ad donat post coll: ad Donatistas post collationem, liber unus (vol. 9).

ad simpli: de diversis quaestionibus ad Simplicianum, libri duo (vol. 6).

advers leg *vel* adversar legis: contra adversarium legis et prophetarum, libri duo (vol. 8).

bon coniug: de bono coniugali, liber unus (vol. 6).

bon vidui *vel* viduit: de bono viduitatis, liber unus (vol. 6).

civ *vel* civit: de civitate Dei, libri viginti duo (vol. 7). Edidit v. cl. B. Dombartus, Lipsiae a. 1863.

coll earth: gesta collationis Carthaginensis (a. 411) inter Catholicos et Donatistas, § 242, *Collat. dici. iii.* apud Optatum *de schismate Donatistarum* lib. vii. ed. Dupinus, Antverpiae a. 1702, p. 312. Tischendorfius laudat ex Sabatario. Invenies

- haec in editione Bened. prima, vol. 9, App. col. 63 D; Bened. sec. vol. 9, App. col. 1163 A; Mignii, vol. 43, col. 833.
- conf *vel* confess: confessionum libri tredecim (vol. 1).
- coniug adult: de coniugiis adulterinis, libri duo (vol. 6).
- cons *vel* consensus: de consensu evangelistarum, libri quattuor (vol. 3, part. 2).
- cont adim: *vide* adim
- contin: de continentia, liber unus (vol. 6).
- contr crescon: *vide* crescon
- contr ep mani *vel* manich: contra epistolam Manichaei quam vocant fundamentum, liber unus (vol. 8).
- cont 2 ep pelag: contra duas epistulas Pelagianorum ad Bonifacium, libri quattuor (fol. 10).
- contr faust: contra Faustum Manichaeum, libri triginta tres (vol. 8).
- contr iulian: contra Iulianum haeresis Pelagianae defensorem, libri sex (vol. 10).
- contr litt petil: contra litteras Petiliani Donatistae Cirtensis episcopi, libri tres (vol. 9).
- cont maxim: contra Maximinum haereticum, Arianorum episcopum, libri duo (vol. 8).
- cont mendac: contra mendacium, liber unus (vol. 6).
- cont parm *vel* cont ep parmen: contra epistolam Parmeniani, libri tres (vol. 9).
- corr et gr *vel* gra: de correptione et gratia ad Valentinum et cum illo monachos Adrumetinos (vol. 10).
- crescon: contra Cresconium grammaticum partis Donati, libri quattuor (vol. 9).
- de agone Christiano, liber unus (vol. 6).
- de civ dei: *vide* civ
- de octo quaest Dulcetii: de octo Dulcetii quaestionibus, liber unus (vol. 6).
- deut *vel* deuter: quaestiones in Deuteronomium (vol. 3, part. 1, col. 415 f.).
- de verb domini: sermones de verbis domini. Veri simile est Tischendorfium omnia *de verbis domini* e Wetstenio hausisse, qui editione Basileana anni 1569 usus est, ubi in unum collecti sunt hi sermones, vol. 10, coll. 5—247. In editione Benedictina dispertiti sunt in geminos, dubios, spurios, et cum aliis coniuncti. Cf. „Sermonum ordo vetus,“ Sermones 1—65 „de verbis Domini“ editioni Benedictinae primae praefixus; cf. Sermonum index post praefationem vol. 5 ed.

- Ben. — cf etiam in editione Benedictina secunda, vol. 5, pars 2, append. „Sermonum ordo novus“ etc. (1.) „Sermones de scripturis,“ *passim*, e. g. serm. liv. lxi. lxi; — (2.) „Sermones dubii,“ serm. cclxvii; — (3.) *Appendix*, „Sermones de scripturis,“ serm. lxxii. lxxv, alii.
- de volunt dei: est „liber de praedestinatione et gratia qui intitulatur de Voluntate Dei,“ cf Augustini *Opera*, edit. Basil. a. 1569, vol. 7, coll. 1208—1221; ed. Bened. prima, vol. 10, Append. coll. 49—60; ed. Bened. secunda, vol. 10, pars 2, Append., pars prima, coll. 2269—2284; Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 45, coll. 1665—1678. Tischendorfius laudat sine dubio ex Wetstenio (cf Rom 5,12 9,19): in editionibus Benedictinis titulus „de Voluntate Dei“ desideratur.
- div quaes *vel* div quaes 1 simplic: de diversis quaestionibus ad Simplicianum, libri duo (vol. 6).
- doct (*vel* doct) chr *vel* doctri chri: de doctrina Christiana, libri quattuor (vol. 3, part. 1).
- donat *vel* donatist: de baptismo contra Donatistas, libri septem (vol. 9).
- enchir ad Laurent: encliridion ad Laurentium sive de fide, spe, et charitate, liber unus (vol. 6).
- ep *vel* epist: epistulae (vol. 2).
- ep 149 ad paulin: epistula 149 ad Paulinum (vol. 2).
- ep parme *vel* parmen: *vide* cont parm
- exod *vel* exod quaes: quaestiones in Exodum (vol. 3, part. 1).
- fid et oper: de fide et operibus, liber unus (vol. 6).
- fortun: acta seu disputatio contra Fortunatum Manichaeum, liber unus anno 392 scriptus (vol. 8). Cf Zycha (ut ad adim).
- gal *vel* galat: expositio epistulae ad Galatas, liber unus (vol. 3, part. 2).
- gen *vel* genes ad litt: de Genesi ad litteram, libri duodecim (vol. 3, part. 1).
- gest pelag: de gestis Pelagii ad Aurelium, liber unus (vol. 10).
- gra *vel* grat et lib: de gratia et libero arbitrio ad Valentinum, et cum illo monachos Adrumetinos, liber unus (vol. 10).
- ioh *vel* ioh ev *vel* ioh tract: in Iohannis evangelium, tractatus CXXIV (vol. 3, part. 2, coll. 207—602 [1 Ioh — 656]).
- indie *vel* iudic quaes: quaestiones in iudices (vol. 3, part. 1).
- iulian: *vide* contr iulian
- leg et propb: contra adversarium legis et prophetarum, libri duo (vol. 8).
- litt petil: *vide* contr litt petil

- maximin: *vide* contr maxim
 mendac: contra mendacium, liber unus (vol. 6).
 mor eccl: de moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum, libri duo (vol. 1).
 mor mani *vel* manich: *vide* mor eccl
 nat boni: de natura boni contra Manichaeos, liber unus (vol. 8).
 nat et gra: de natura et gratia contra Pelagium ad Timasium et Iacobum, liber unus (vol. 10).
 nupt et conc: de nuptiis et concupiscentia ad Valerium, libri duo (vol. 10).
 op imp *vel* op imp contr Iulian: contra secundam Iuliani responsionem, imperfectum opus sex libros complectens (vol. 10).
 op mon: de opere monachorum, liber unus (vol. 6).
 pecc merit: de peccatorum meritis et remissione, et de baptismo parvulorum ad Marcellinum, libri tres (vol. 10).
 praed ss: de praedestinatione sanctorum ad Prosperum et Hilarium, liber unus (vol. 10).
 ps: enarrationes in Psalmos (vol. 4).
 qu *vel* quae: *vide* quae et cf liber v. cl. Iosephi Langen (ut supra, p. 1157, Ambrst).
 qu⁵⁷ levit: quaestiones in Leviticum (vol. 3, part. 1).
 quae: *evv* *vel* evang *vel* evgg: quaestionum evangeliorum, libri duo (vol. 3, part. 2).
 quae: genes: quaestiones in Genesim (vol. 3, part. 1).
 rom: epistulae ad Romanos inchoata expositio (vol. 3, part. 2, col. 673 seqq). Haec laudatur ad 1 Io 1,3.
 : ad Ro 5,16 est (vol. 3, col. 660d) expositio quarundam propositionum ex epistula ad Romanos, cap. XXIX.
 serm: sermones (vol. 5).
 serm dom: de sermone Domini in monte secundum Matthaeum, libri duo (vol. 3, part. 2).
 spi *vel* spir et litt: de spiritu et littera ad Marcellinum, liber unus (vol. 10).
 tract: in epistulam Iohannis ad Parthos, tractatus decem (vol. 3, part. 2).
 tri: de trinitate, libri quindecim (vol. 8).
 unit *vel* unit eccl: ad Catholicos epistula contra Donatistas, vulgo de unitate ecclesiae, liber unus (vol. 9).
 util cred: de utilitate credendi, ad Honoratum, liber unus (vol. 8).
 utilit ieun: de utilitate ieiunii, tractatus unus (vol. 6).
 vera relig: de vera religione, liber unus (vol. 1).
 virgin: de sancta virginitate, liber unus (vol. 6).

Avit: Alcimus Ecdicius Avitus, archiepiscopus Viennensis, natus anno circiter 450, mortuus est anno 523 (526?). Cf v. cl. Henricus Denkinger, *Alcimus Ecdicius Avitus* . . . Genevae a. 1890. Apud Gallandium, vol. 10, p. 697—800; Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 59, coll. 323—398; v. cl. Rudolfum Peiper, *Al. Ecd. Aviti* . . . opera [*Monumenta Germaniae historica*, VI, 2], Berolini a. 1883.

B.

Bar Hebraeus: Gregorius Bar Hebraeus sive Abulpharagius, anno 1226 Melitinae in Mesopotamia natus est filius Aaron medici, unde cognomen Bar Hebraei accepit. „Annum aetatis vicesimum agens, Gubae in Mesopotamia ab Ignatio Syrorum Iacobitarum patriarcha, episcopus consecratur, et paulo post ad ecclesiam Lacabenaie prope urbem Melitinam, mox ad episcopatum Aleppi in Syria translatus, ab altero Ignatio Iacobitarum patriarcha obtinuit dignitatem Maphriani, seu Primatus Orientis, hoc est Chaldaeae, et Assyriae, nec non extremarum Mesopotamiae partium, quae Antiochenae Iacobitarum sedi obediunt.“ Mortuus est die 30 Iulii a. 1286. Monophysiticae sectae addictus fuit. De operibus eius cf Steph. Evod. Assemani, *Biblioth. Medic. Laurent. et Palatin. codd. MSS. orient. catal.* Florentiae a. 1742, p. 101—112; apud Assemanum, vol. 2, p. 244 b—321 [463 a].

barn vel barnab: Barnabae epistula inter annos 71—132 scripta. Apud Dresselium: *Patrum apostolicorum opera*, ed. 2, Lipsiae anno 1863. Vide hodie Gebhardtium, Harnackium, Zahnium, *Patrum apostolicorum opera*, fasc. 1, pars 2, ed. 2, Lipsiae 1878.

bars vel barsa vel barsalib: Dionysius (primum Iacobus dictus) Barsalibaens, Syrus, Iacobita, archiepiscopus Amedensis, mortuus est anno 1171; apud Assemanum, vol. 2, p. 156a—211b; vide etiam ad Io 7, 52 seq. ibidem, p. 53a. Cf v. cl. Iohannes Gwynn, *Hermathena*, Dublinii, vol. 6, p. 397—418 et vol. 7, p. 145.

Basilid: Basilides, Gnosticorum sectae conditor, Alexandrinus, claruit Adriani tempore, annis 117—138, fortasse etiam Antonini Pii. Apud Epiphanium et Hippolytum, vide Epiph et Hipp^{phil}.

Bas: Basilius Magnus, episcopus Caesarensis, natus anno 329, mortuus anno 379. Operum eius editionem Benedictinam curavit Iulianus Garnerius, Parisiis annis 1721—1730, 3 voll. fol.; huius editionem volumina ad titulos singulos adposui.

bapt vel auct de bapt: vide Ps-Bas (vol. 2, append. p. 624—673).
constitt: constitutiones monasticae (vol. 2, p. 533—582).

ep vel epp: epistulae (vol. 3, p. 69—467).

- ep ad Amphil: epistula ad Amphiloichium, ad Mt 24,36 laudata, est epistula 236, ante citata.
- eth: ethica *vide* mor
- eunō *vel* eunom: libri quinque quibus Eunomii apologeticus evertitur (vol. 1, p. 205—322).
- garn: est Garnerii editio ante laudata.
- hex *vel* hexa: homiliae novem in hexaemeron (vol. 1, p. 1—88).
- lib arb: sermo de libero arbitrio (vol. 2, append. p. 613—616).
- mon *vel* mona *vel* monast: constitutiones monasticae (vol. 2, p. 533—582).
- mor: moralia (vol. 2, p. 230—323).
- reg brev: regulae brevius tractatae (vol. 2, p. 401—532).
- reg fus: regulae fusius tractatae (vol. 2, p. 327—401).
- regg: *vide* reg brev *et* reg fus
- spir *vel* de spir sanct: liber de spiritu sancto ad S. Amphiloichium Iconii episcopum (vol. 3, p. 1—68).
- virg *vel* virgin: homilia seu epistula ad virginem lapsam (vol. 2, p. 740—742).
- Bas *se* *vel* sel *vel* seleu *vel* seleuc: Basilius metropolita Seleueensis, claruit anno 448; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 85, coll. 9—618.
- or *vel* orat: orationes; prodierunt Lugduni Batavorum a. 1596, duobus voluminibus; Latine Claudio Dausqueio interprete Lugduni Batavorum a. 1604; in *Bibliotheca patrum Coloniensi*, tom. V *et* *Lugdunensi*, tom. VIII, p. 428, a. 1677; Graeco-Latine, cura Ioannis Zonarae, Parisiis a. 1622, fol. ad calcem Gregorii Thaumaturgi; ad Act 2,47 laudantur caput *et* pagina.
- Bed *vel* Bede: Baeda Venerabilis, Anglicus, natus anno 672, mortuus est anno 785. Opera eius ediderunt Basilius Iohannes Herold Basileae a. 1563 tomis octo (Coloniae Agrippinae a. 1688 tomis octo), *et* I. A. Gilesius, Londinii anno 1843 duodecim voluminibus, *et* Mignius, *Patrologia Latina*, voll. 90—95; editionem a Mayo *et* Lumbeio editam non vidi.
- retr *vel* retra *vel* retract: retractationes *et* quaestiones in acta apostolorum.
- Bryemius: Iosephus Bryennius, Constantinopolitanus, monachus, claruit anno 1420.
- orationes duodeviginti de divinissima Trinitate.

C.

- Caelest: Caelestinus episcopus Romanus annis 422—(Cavius 423) 432. Apud Gallandium, vol. 9, p. 285—346.

- ep ad synod Eph: epistula ad synodum Ephesinam anno 431 habitam. Apud Gallandium, vol. 9, p. 324—327.
- Caes *vel* Caesar: Caesario Nazianzeno, Gregorii Nazianzeni fratri, nato anno circiter 330, mortuo anno 368, sine causa tribuerant editores dialogos qui sequuntur.
- dial: dialogi quattuor quibus continentur explicationes quarundam quaestionum de rebus gravibus. Apud Frontonem-Ducenem, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 545—724; et apud Gallandium, vol. 6, p. 3—152; et apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 38, coll. 851—1190.
- Caius, vide infra Gaius
- Callist: Callistus, primum Sabelli amicus, posthac haeresim sibi propriam coluit, si Hippolyto fidem habeamus, episcopus Romanus annis 218—223.
- hipp: apud Hippolytum (vide Hipp^{phil}) Callisti adversarium.
- Can *vel* canon^{apost}: canones apostolici. Apud Cotelierum, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 424—478; vide etiam vol. 2, append. p. 1—182; Gallandium, vol. 3, p. 237—248; edidit Herm. Theod. Brunsius, quem Tischendorfius secutus est, *Canones apostolorum et conciliorum veterum selecti* (titulum habet etiam *Bibliotheca ecclesiastica*, vol. 1, item *Can. ap. et conc. saeculorum IV. V. VI. VII.*), Berolini, a. 1839, pars 1, p. 1—13.
- canon^{murat}: fragmentum Muratorianum saeculi secundi (alii saeculi tertii) in quo canon quidam qui dicitur Novi Testamenti librorum exponitur. Apud Gallandium, vol. 2, p. 208; apud Routhium, vol. 1, p. 989—434. Edidit Samuel Prideaux Tregellesius, Oxonii anno 1867, v. cl. B. F. Westcottus, *A general survey of the history of the canon of the New Testament*, ed. 5, Cantabrigiae et Londinii a. 1881, pp. 211—220 et 521—538, v. cl. Adolphus Harnackius *Zeitschrift für Kirchengeschichte* (1879), vol. 3, p. 595.596; et disquisitionem eius in eodem volumine, p. 358—408.
- Capr: Capreolus episcopus Carthaginiensis floruit anno 431. Apud Sirmondium, *Opera varia*, Parisiis a. 1696, vol. 1, col. 333 sq.; apud Gallandium, vol. 9, p. 490—496; apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 53, coll. 843—858. Vide Ziegleri librum: *Italia-fragmente der paulinischen Briefe*, Marburgi a. 1876, p. 26 seqq.
- Carpoc: Carpoeras, vel auctore Irenaeo Carpoerates, Gnosticus vel Pseudo-Gnosticus Alexandrinus saeculo secundo ineunte. Apud Epiphanium, *Panaria*, lib. 1, tom. 2, haer. 27.
- Cass: Iohannes Cassianus natu Gallus, parentibus Romanis, Orientem ante annum 385 visit, mortuus est anno circiter 435. Opera

- omnia edidit denuo Alardus Gazaeus Francofurti anno 1722; iterum typis expressa est haec editio in *Magna bibliotheca veterum patrum* Coloniae Agrippinae a. 1618, tom. 5, pars 2 et separatim Parisiis anno 1846. Apud Mignium, *Patr. Lat.* voll. 49.50. Vide v. el. Michaelem Petschenig, *Johannis Cassiani opera, I. II.* [*Corpus scr. eccl.* Latt. voll. 17 et 13], Vindobonae a. 1888 et 1886.
- Cassiod: Magnus Aurelius Cassiodorius, Senator, Italus, natus anno circiter 480 (alii 470), praefectus, patrieus, consul, denique abbas Squillacensis, mortuus est anno circiter 575 (alii 565). Vide Teuffelium: *Geschichte der römischen Literatur*, ed. 3, Lipsiae a. 1875, p. 1144. Apud Garetium, Rotomagi a. 1679; Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 69, col. 421, usque ad finem voluminis 70.
- compl vel complex: complexiones de quibus scripsit: „post complexiones in epistulis apostolorum et actibus apostolorum et apocalypsi quas brevissimas explanationes decursas ad aman-tissimos orthographos discutiendos anno aetatis meae nonagesimo tertio (circa annum 572) perveni“. Maffaeus edidit Florentiae a. 1721, Samuel Chandler Rotterodami a. 1723. Apud Mignium, vol. 70, coll. 1321—1418.
- institut: liber de institutione divinarum litterarum, anno circiter 544 scriptus. Apud Mignium, vol. 70, coll. 1105—1150.
- ro vel rom: vide compl
- ps: expositio in psalterium. Apud Mignium, vol. 70, coll. 8—1056. nescio quid sibi velit numerus Cass¹¹⁰ ad 1 Pe 1,3; apud Mignium est locus vol. 70, col. 1363b.
- cat: est Crameri liber, *Catenae Graecorum patrum in Novum Testamentum*, Oxonii a. 1840, qui octo volumina complectitur, 8^o. Quoties *cat* sic simpliciter ponitur, designatur catenae particula eaque „ad locum“ ut dicitur scripta; quoties vero catena ex alio scripturae sacrae loco in testimonium vocatur, nomen libri in quo sumum habet locum etiam indicatur. Exempli gratia *cat eph* in apparatu ad 1 Co 3,17 invenimus.
- cat cord: Balthasar Corderius, Antverpianus e societate Iesu, edidit librum: *Catena patrum Graecorum in sanctum Ioannem ex antiquissimo Graeco codice MS. nunc primum in lucem edita . . .* Antverpiae a. 1630. Vide quoque post, sub voce *cat poss*, titulum alterius catenae in Matthaem. Wetstenius in prolegomenis ad editionem suam Novi Testamenti Graeci, p. 79, dicit de Corderio: „videtur autem in textu exhibendo magis secutus codices typis editos quam lectionem MS. sui codicis“. Latine tantum prodiit liber: *Catena sexaginta quinque Graecorum patrum in s. Lucam . . .* a Balthasare Corderio, Antverpiae a. 1628.

- cat mosq: Victoris Antiocheni catena in Marcum, a C. F. Matthaeio, Mosquae a. 1775 edita, duobus voluminibus comprehensa.
- cat mai: συναγωγή ἐξηγητικῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἔργον εὐαγγελίων, apud Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1837, vol. 9, p. 626—724.
- cat niceph: catena Nicephori, edita a Gregorio Ghikas, sub titulo *Στοιχὰ ἐνὸς καὶ πενήκοντα ἐπισημαστικῶν εἰς τὴν ὀκταίτηζον καὶ τὰ τῶν βασιλειῶν ἡδὴ προῶτον τύποις ἐκδοθεῖσα κ. τ. λ. ἐν Λευβίᾳ· αἰοβ', et ογ'* in duobus voluminibus.
- cat oxon: *vide* cat
- cat poss: Petrus Possinus, e societate Iesu, edidit catenam vel catenas in Matthaeum, *Symbolarum in Matthaeum tomus prior exhibens catenam . . . Tolosae a. 1646, tomus alter quo continetur catena patrum Graecorum triginta collectore Niceta episcopo Serrarum interprete Balthasare Corderio . . . Tolosae a. 1647* — et catenam in Marcum, *Catena Graecorum patrum in evangelium secundum Marcum . . . Accessere collationes Graeci contextus* [vide *Caryophil* infra in indice rer. et pers.] . . . Romae a. 1673.
- cat vat: *vide* cat mai
- Cedren: Georgius Cedrenus monachus Graecus floruit anno 1075, scripsit: *Annales sive compendium historiarum ab orbe condito usque ad Isacii Comneni tempora annumque Christi 1057*. Edidit hunc librum Guilelmus Xylander, Basileae a. 1566, deinde Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 121.122.
- Celsus: scripsit librum ἀληθῆς λόγος dictum anno circiter 178; libri huius fragmenta inveniuntur apud Origenem, *Contra Celsum*; vide Keimium: *Celsus' Wahres Wort, älteste Streitschrift antiker Weltanschauung* etc. Turici a. 1873.
- Cereal: Cerealis Afer episcopus Castulensis claruit anno 487.
maximin: libellus contra Maximinum Arianum; in libro *Antidotum contra diversas omnium fere saeculorum haereses*, Basileae a. 1528, fol. 226 a—230 a; ad Act 4, 25, fol. 228 a; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 58, pp. 755—768.
- Chrom vel Chroma: Chromatius episcopus Aquileiensis floruit anno 402.
matth: tractatus octodecim in Matthaei evangelium; apud Gallandium, vol. 8, p. 331—352.
- Chron: Chronicon paschale (prius Alexandrinum dictum) ab auctore anonymo, qui anno 630 floruit, scriptum. Hoc ediderunt Carolus du Fresnius (Ducangius), Parisiis anno 1689, et Ludovicus Dindorfius, Bonnae anno 1832, 2 voll.
- Chronie Alex: *vide* Chron
- Chrysocephal: *vide* Macar

Chr *vel* Chrys: Ioannes Chrysostomus natus Antiochiae anno circiter 347, anno 381 diaconus Antiochenus constitutus, anno 386 presbyter Antiochenus, episcopus Constantinopolitanus inde ab anno 398 usque ad annum 404, in exilio mortuus est anno 407. Operum eius ediderunt Henricus Savilius tomos octo, Etoniae anno 1612; Bernardus Montfauconius tomos tredecim, Parisiis anno 1718—1738, ed. 2 [Garnerius], Parisiis a. 1835—1839; Mignius, tomos tredecim, Parisiis anno 1863, *Patrol. Gr.* voll. 47—64; liber de pentecoste exstat apud Maium, *Spicilegium Romanum*, Romae a. 1840, vol. 4, p. LXVIII—LXXXVI; et commentarii in proverbialia fragmenta apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1847, vol. 4, p. 153—201 seriei alterius.

com: commentarii.

gu *vel* gue: codex Guelpherbytanus saeculi sexti nondum editus.

fi: homiliae Chrysostomi in Matthaicum. a Friderico Fieldio, Oxonii et Londinii anno 1839, 3 voll. 8^o editae; edidit etiam v. cl. Fieldius homilias Chrysostomi in epistulas Pauli.

hom: homiliae.

mo *vel* mos *vel* mose: codices Moseuenses a Matthaëio (vide supra, pp. 249.251) laudati.

montf: editio Montfauconii ante laudata.

savil: editio Savilii ante laudata.

Cinnam: Ioannes Cinnamus, grammaticus seu notarius Manuëlis I. Comneni imperatoris, claruit anno 1160, scripsit: *Historiarum libros septem*. Opus ediderunt Carolus du Fresnius (Ducangius), Parisiis anno 1670, et vir cl. A. Meinekius, Bonnæ anno 1836.

Claud^{antiss}: Claudius, falso Antissiodorensis vel Altissiodorensis vel Autissiodorensis (Auxerre) dictus, est Claudius episcopus Taurinensis, qui anno 820 claruit, scripsit commentarium in epistulam ad Galatas anno 816. Prodiit liber Parisiis anno 1542, 8^o; et in *Magna bibliotheca veterum patrum*, Coloniae Agrippinae a. 1618, vol. 9, p. 64—89; et apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 104. Prologus catenae in Matthaicum prodiit apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 1, pp. 501—504; cf. „prae-fatio ad cat. patr. in Mt“ apud Maium, *Spicilegium Romanum*, vol. 4, pp. 301—305. Cf. Iosephus Barber Lightfoot, *Galatians*, Londinii 1866, ed. 2, p. 231 et Ludovicus Laville, *Claude de Turin . . . Tolosae* a. 1889, et v. cl. Bartholomaeus Rostaing, *Essai sur Claude de Turin*, Quintinopoli [S. Quentin] a. 1889.

(1.) Clem^{ro} *vel* rom: Clemens Romanus. Hoc nomine indicantur epistulae, quas dicunt, duae ad Corinthios, altera fortasse anno circiter 95 scripta, altera, quae verius homilia diceretur, fortasse inter annos

130 et 160 scripta, de quibus vide Gebhardtii et Harnackii librum: *Clementis Romani ad Corinthios quae dicuntur epistulae* [*Patr. app. opp.* fasc. 1, part. 1], ed. 2, Lipsiae anno 1876 et Iosephus Barberus Lightfoot, *The apostolic fathers. Part 1*, Londinii a. 1890 voluminibus duobus. Apud Cotelierum, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 125—188, ed. 2, Amstelodami a. 1724. Tischendorfius usus est editione operum patrum apostolicorum Dresseliana secunda, Lipsiae anno 1863 edita, et libro suo *Appendix codicum celeberrimorum Sinaitici Vaticani Alexandrini*, Lipsiae anno 1867. Cavendum est ne sigla Cor 1 et Cor 2 (Clementis epistulae) cum siglis 1 Co et 2 Co (Pauli epistulae) permutentur.

martyrium: edidit Cotelierus, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 804—810.

- (2.) Clem: Clementina, quo nomine appellantur scripta saltem tria Ebionitica incertorum auctorum, apud Cotelierum, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera* (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 479—803.

hom: homiliae viginti, ediderunt Dresselius, Gotttingae a. 1853; Paulus de Lagarde, Berolini a. 1865; Gallandius, vol. 2, p. 605—770 (ante Dresselium nondum inventae erant homiliae undevicesimae pars ultima et homilia vicesima).

recogn: recognitionum libri decem, sive actus Petri, fortasse inter annos 218 et 231 scripti vel sane multum aucti, quorum textus soli Latinus Rufini et Syriacus exstant. Apud Cotelierum (ut supra); Gallandium, vol. 2, p. 209—336. Syriace edidit Paulus de Lagarde, Londinii anno 1861.

epit: epitome, ex homiliis et recognitionibus, edita a Coteliero; vide etiam Tischendorfius: *Anecdota sacra et profana*, Lipsiae a. 1855, p. 77—93, ed. repet. a. 1861; epitomae duae prodierunt apud Dresselium, Lipsiae a. 1859 (ediditne Lagardius epitomen anno 1865?).

Interdum usus est Tischendorfius signis: Homil^{clem} Ps-Clem^{hom} Recogn^{clem} Homil^{epitom}.

- (3.) Clem: Titus Flavius Clemens Alexandrinus, Athenis natus, ex philosopho gentili factus Christianus, multas terras invisit, presbyterus Alexandrinus et Pantaeni discipulus factus, denique Pantaeno successit scholae catecheticae Alexandrinae praeses anno circiter 189, persecutionem fugiens anno 202 visit Hierosolymam, Antiochiam, Cappadociam, rediit Alexandriam ubi inter annos 212—220 supremum diem obiit.

Opera ediderunt Petrus Victorinus, Florentiae a. 1550 (editio princeps): Graeco-Latine Fridericus Sylburgius, Heidelbergae a. 1592; Parisiis a. 1641; Coloniae a. 1688; Iohannes Potterus, Oxonii a. 1715; Guilelmus Dindorfius, Oxonii a. 1869, 4 voll.

Usus est Tischendorffius editionibus Sylburgi et Potteri, fragmenta etiam ex Gallandio hausit, in primis autem lectiones Clementis ex libro Griesbachii transtulit: *Symbolae criticae*, vide ante, p. 247.

ecl *vel* eclog: ἐξ τῶν προφητικῶν ἐλλογαί.

stro *vel* strom: τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γηροστικῶν ἑποινημάτων στρωματεῖς.

theodot: ἐξ τῶν Θεοδοῦτου καὶ τῆς ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Ὀριγενεῖον χρόνονσ ἐπιτομαί.

int in Iud etc: interpretatio Latina commentariorum Clementis in epistolam Iudae etc, qui commentarii eius libri quem ἑποινηματεῖς dicunt pars fuerunt. Optime edidit v. cl. Theodorus Zahn, *Supplementum Clementinum* [*Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons. III*], Erlangae a. 1884, pp. 61ss et 130ss.

collat^{carth}: collatio Carthaginensis inter Catholicos et Donatistas anno 411 habita. Apud Harduinum, *Acta conciliorum*, Parisiis a. 1715, vol. 1, coll. 1043—1190; apud Gallandium, vol. 5, p. 571—670.

Comb^{auetar}: Combefisii liber: *Bibliothecae patrum Graeco-Latinorum auctuarium novum*, Parisiis a. 1648, 2 voll. fol., vel *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672.

cone^{carth 5}: concilium Carthaginense quintum anno 254 habitum. Gesta apud Harduinum, *Acta conciliorum*, Parisiis a. 1715, vol. 1, col. 155d.

Const. Porphyrog.: vide post Hierocles (in indice rer. et pers.)

Const: constitutionum apostolicarum libri octo incerti neque vero unius saeculi; apud Cotelerium, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 189—423. Apud Mansium (ut supra, p. 1153, acta); Gallandium, vol. 3, p. 1—272; Hermannum Theodorum Bruns, *Canones app.*, etc, Berolini a. 1839; Guilelmum Ueltzen a. 1853 (Tischendorffius usus est hae editione); Christianum Carolum Iosiam Bunsen, *Analeccta ante-Nicaena*, Londinii, vol. 2 (a. 1854), pp. 33—47, qui solus libros 1—6 ita typis expressit, ut fundamentum antiquum oculis plane subiceret et qui Paulum Boetticher (Lagarde) socium habuit in versionem Syriacam consulendam; I. B. Pitram, *Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta*, Romae, vol. 1, (a. 1864), pp. (45)111-422, cum lectionibus variis

copiosis; Paulum A. de Lagarde, *Constitutiones apostolorum*, Lipsiae a.1862.

Cornel: Cornelius episcopus Romanus floruit anno 251. Apud Gallandium, vol. 3, p. 333—361; et etiam Hartelius (ut infra, Cyp).

Cosm: Cosmas Indicopleustes claruit anno 535, scripsit librum *Νησιτι-
ριζή τοπογραφία παντός κόσμου*, qui invenitur apud Gallan-
dium, vol. 11, 399—591. Citatur etiam Cosmas ex Theodosio
episcopo Alexandrino apud Gallandium, vol. 11.

Cyp: Thascius Caecilius Cyprianus, episcopus Carthaginensis factus
est anno circiter 248, mortuus est anno 258. Opera ediderunt
Ioannes Andreas episcopus Aleriensis, Romae a. 1471 (editio prin-
ceps); Bertholdus Rembolt et Ioannes Waterloes, Parisiis a. 1512;
Erasmus, Basileae a. 1520, iterum a. 1530 et Coloniae a. 1544;
Latinus Latinus (apud Ioecherum Latinus Latinus) apud Paulum
Manutium, Romae a. 1563; Guilelmus Morelius, Parisiis a. 1564;
Pamelius (Hartelius scripsit: „optimam Morelii editionem pessima
Pamelii secuta est“), Antverpiae a. 1568; Rigaltius, Parisiis
a. 1648; Ioannes Fell et Ioannes Pearson, Oxonii a. 1682 (editio
haec repetita est Bremae anno 1690, cf Rom 12,11); Stephanus
Baluzius (Prudentio Marano opus ad finem perducente), Parisiis
a. 1726; Mignius, *Patrol. Lat.*, Parisiis a. 1836 vol. 4 (reprehen-
ditur ab Hartelio editio haec); David Iohannes Henricus Gold-
hornius [Gersdorffii *Bibliotheca patr. eccl. Lat. selecta*, vol. 2],
Lipsiae a. 1838 (laudatur ab Hartelio); libros nonnullos Cypriani
„de catholicae ecclesiae unitate“ etc. edidit Krabingerus, Tubingae
a. 1853, alios a. 1859; editio Cypriani ultima et optima est
Guilelmi Hartelii, Vindobonae a. 1868, 1871, 3 partt. De Cypriani
scriptis vide Rönshium, *Zeitschrift für historische Theologie*,
a. 1875, p. 86sqq., et Guilelmmum Sanday „The Cheltenham list
of the canonical books of the Old and New Testament and of the
writings of Cyprian“ in libro *Studia biblica et ecclesiastica. III*,
Oxonii 1891, p. 217—303, cum appendice a. v. cl. C. H. Turnero,
p. 304—325.

baluz: editio Baluzii supra laudata.

cleric: de singularitate clericorum, liber spurius; apud Hartelium,
pars 3, p. 173—220; vide Cavium, p. 128 b.

de eccles unit: de catholicae ecclesiae unitate, liber anno 251
scriptus, apud Hartelium, pars 1, p. 207—233.

ep: epistulae apud Hartelium, pars 2, p. 465—841; id quod ad
Rom 12,11 ex editione Bremensi adlatum est, invenitur
apud Hartelium, epist. 5,2, p. 479, ll. 17.18.

ep cleric: *vide cleric*

- gersd: editio Goldhornii supra laudata.
- hab virgg: de habitu virginum, liber anno 248 scriptus, apud Hartelium pars 1, p. 185—205.
- krab: editio Krabingeri ante laudata.
- lips: editio Goldhornii ante laudata.
- orat dom: de dominica oratione, liber anno 252 scriptus, apud Hartelium, pars 1, p. 265—294.
- test *vel* testim: ad Quirinum testimonia, libri primus et secundus anno 248 scripti, liber tertius anno 249 scriptus, apud Hartelium, pars 1, p. 33—184, cf v. cl. Guilelmus Sanday, *Old Latin biblical texts. No. II*, Oxonii a. 1886, p. xliii. Cf v. cl. C. Wunderer, *Bruchstücke einer afrikanischen Bibelübersetzung in der pseudoeyprianischen Schrift Exhortatio de paenitentia neu bearbeitet*, Erlangae a. 1889, et v. cl. Franciscus Weibrich, *Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien*, Vindobonae a. 1889, vol. 40, pp. 906—908.
- Cyr: Cyrillus episcopus Alexandrinus inde ab anno 412 usque ad annum 444. Opera edidit Ioannes Aubertus, Parisiis a. 1638, sex volumina complectentia; multa exstant apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1844, vol. 2, p. 1—500, vol. 3 (a. 1845), p. 1—452, et iterum 1—290. Lectiones in Ioh semper paene numero, ut 4, notatae pleraeqe minoris aestimandae sunt, ut quae haustae sint e fragmentis sine testibus ab editoribus suppletis. Cf Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 68—77: Mignius solus omnia plenissime dat, etiam conlationem fragmentorum.
- abae *vel* abacu *vel* habae: Abacuc, commentarius in duodecim prophetas; post Pontanum et Aubertum (vol. 3) edidit Philippus Edvardus Pusey, Oxonii a. 1862, 2. voll.
- act: acta *vel* τὰ πραξιζὰ τῆσ οἰκουμενικῆς τριτης συνόδου τῆσ ἐν Ἐφέσῳ συζωστῆθῆσῆσ: edita apud Hieronymum Commelinum anno 1591 et in vol. 5 Auberti.
- ador: de adoratione et cultu in spiritu et veritate libri septendecim; vol. 1, pp. 1—632 seriei alterius.
- am *vel* amos: *vide* abae
- anthrop *vel* anthropomor: adversus Anthropomorphitas; vol. 6, p. 363—398 seriei alterius.
- apolo *vel* apolog: apologeticus pro duodecim capitibus adversus orientales episcopos; vol. 6, p. 157—200.
- eapp thdt: explanatio sive apologia duodecim capitum [adversus Theodoretum] Ephesi pronuntiata; vol. 6, p. 145—157 et ad Evoptium, p. 200—260 (non 252).
- deipa *vel* deipar: sermo adversus nolentes confiteri sanctam

- virginem esse deiparam; apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 2, p. 75—100.
- de recta fide: de recta fide, liber ad Theodosium imperatorem: vol. 5, pars 2, p. 1—180 seriei tertiae.
- epp: epistulae, vol. 5, pars 2, p. 1—213 seriei alterius.
- es *vel* esa *vel* esai: commentariorum in Esaiam libri quinque; vol. 2.
- excerpt: excerpta Cyrilli; apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 2, p. 476—492.
- fest pasch: homiliae in festum paschale vol. 5, pars 2, p. 1—350.
- fid: (*vide* de recta fide); cf fragmentum de fide apud Puseyum (ut ad ioh), vol. 3, pp. 538—541.
- glaph: glaphyra seu commentaria in Pentateuchum: vol. 1, p. 1—433.
- habac: *vide* abac
- hom: homiliae diversae; vol 5, pars 2, p. 350—417. Cf etiam fragmenta apud Puseyum (ut ad ioh), vol. 3, pp. 452—475.
- incarn: de incarnatione unigeniti dialogus; vol. 5, p. 678—714 et 779—804, apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 2, p. 32—74.
- ioel *vel* iohel: *vide* abac
- ioh: commentariorum in sanctum Ioannem libri duodecim (vol. 4, p. 1—1123), edidit Philippus Edvardus Pusey, Oxonii a. 1892, 3 voll; cave putes textum Novi Testamenti in hac editione e codice manu scripto manare; re vera supplevit editor Oxonii ex editione quopiam textum illum, quem adiutor eius e eodice non exscripserat.
- iul *vel* iulian: contra Iulianum libri decem anno circiter 433 scripti; vol. 6, p. 1—362 seriei alterius.
- luc: fragmenta commentariorum in Lc ediderunt Corderius, Cramerus, Maius, *Nova patrum bibliotheca*, Romae 1844, vol. 2, p. 115—444, et textum continuum, exceptis foliis multis amissis, ex versione vetere Syra Anglice versum R. Payne Smithius a. 1859, Oxonii duabus partibus Syriaca et Anglica.
- mal *vel* malach: *vide* abac
- mich: *vide* abac
- nest: adversus Nestorii blasphemias libri quinque; vol. 6, p. 1—143.
- niceph: *vide* cat niceph (ut supra, p. 1173)
- ose: *vide* abac
- quod unus: quod unus est Christus; vol. 5, p. 714—778; apud Pusey. (ut ad ioh), vol. 3, p. 455—458.
- soph *vel* sopho *vel* sophon: *vide* abac

syr: *vide* luc

theod: (vide supra, capp thdt); cf apud Puseyem (ut ad ioh) fragmenta librorum contra Theodorum Mopsuestenum, vol. 3, pp. 511—537.

thes: thesaurus sive de sancta et consubstantiali trinitate; vol. 5, p. 1—388 (non 382).

trin: de sancta et vivifica trinitate; vol. 6, p. 1—35 seriei tertiae et dialogi vol. 5, p. 383—677(778); apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 2, p. 1—31, cf Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. 8, append. p. 27—58(149).

unus: et quod unus

zach: *vide* abae

Cyr^{hr vel hier}: Cyrillus episcopus Hierosolymitanus inde ab anno 350 usque ad annum 386, etsi ter ex sede sua expulsus est. Opera ediderunt Thomas Miller, Oxonii a. 1703; Touttius (ut infra, toutt); Guilelmus Carolus Reischl, Monaci a. 1848; Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 33. Cf I. Th. Plittius, *De Cyrilli Hierosolymitani orationibus quae extant catecheticis*, Heidelbergae a. 1855.

toutt: editio Benedictina ab Antonio Augustino Touttio (Touttée) curata, Parisiis a. 1720 (repet. Venetiis a. 1763); oratio de occursu Domini et de Simeone apud Fronto-Ducaem, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 2, p. 849—854 (signo 856).

D.

Dam: Ioannes Damascenus, tempore Leonis Isaurici imperatoris (717 — 741) apud principem Saracenum cancellarius sive πρωτοσίμβολος, posthac in S. Sabae laura monachus, mortuus est post annum 754; cf v. cl. Iosephus Langen, *Iohannes von Damaskus*, Gothae a. 1879. Opera eius ediderunt Marcus Hopperus, Basileae a. 1559 (repet. a. 1575); Michael Lequien, Parisiis a. 1712 tomis duobus; Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 94—96.

fid *vel* fid orth: de fide orthodoxa libri quattuor.

hom in ficm: homilia in ficm arfactam.

imagg: de sacris imaginibus orationes tres anno 730 scripta.

nest *vel* nestor: contra Nestorianos liber. „Argumenta contra Nestorianos“ edidit Iohannes Wegelin, Augustae Vindelicorum a. 1611.

par *vel* parall: parallelorum opus, sex eclogae sive collectanea ex S. Scriptura sanctisque patribus deprompta et in locos communes digesta. Cf v. cl. Fridericus Loofs, *Studien über*

die . . . Parallelen, Halis ad Salam a. 1892. De codice Parisino bibl. nat. Gr. 923 et I. P. P. Martinus, *Description technique des mss grecs . . .* Parisiis a. 1884, p. 14—18. V. cl. I. Rendel Harrisius etiam de hoc codice scripsit.

par cod: parallela alia sed affinia ex codice Rupefucaldensi hodie Beroliuensi saeculi fere septimi vel sexti.

paris: codex Parisinus.

sabb: oratio de Sabbato sancto.

Trisagio: epistula de Trisagio.

demetri: Pelagii epistula ad Demetriadem, quam edidit Iohannes Salomo Semler, Halae Magdeburg. a. 1785; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 21.

Descens Chr: evangelii Nicodemi pars altera sive Descensus Christi ad inferos. Apud Tischendorfium, *Evangelia apocrypha*, Lipsiae a. 1853, p. 304—311.

Diad: cf Marcus Diad

Dial sive Dial^{mare}: dialogus contra Marcionitas et alios, ob interlocutoris Adamantii nomen Origeni olim perperam vindicatus, sub finem saeculi tertii scriptus, editus a Iohanne Rudolfo Wetstenio, Basileae a. 1674 et a Carolo Delarue in Origenis operibus, vol. 1, p. 800—871. Cf de hoc dialogo et de codicibus in quibus exstat Fentonus Iohannes Antonius Hort apud Smithium et Wacium, *A dictionary of christian biography*, Londinii, vol. 1 (a. 1877), p. 39b—41a, sub voce Adamantius 2.

cod we *vel* wetst: ex codice apud Wetstenium.

mare: est dialogus cum Marcionitis.

Dial^{maced} *vel* macedon: *vide* Thdt^{dial}

Dial^{trin}: *vide* Thdt^{dial}

Did: Didymus Alexandrinus, natus anno 309 sive 314, mortuus est anno 394 sive 399. Apud Gallandium, vol. 6, p. 261—318: apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 39, coll. 131—1818.

enarrationes in 1. Io: breves enarrationes in epistulas canonicas: de enarrationibus his vide Lueckii commentationem criticam, Goettingae a. 1829.1832 editam, quattuor particulas comprehendentem, quae commentatio etiam apud Mignium, vol. 39, coll. 1731—1748 exstat. De 2 Cor et Ioh *cf* Maius, *Nova patrum bibliotheca*, Romae, vol. 4 (a. 1847), p. 114—152. et de Prov, vol. 7 (a. 1854), p. 57—71.

int: interpretatio Latina } *cf* infra, spir
lat: *vide* int }

mani *vel* manich: liber adversus Manichaeos. A Turriano in Latinum conversus, editus est hic liber a Canisio, *Antiquae lectiones*

(Ingolstadii a. 1601, vol. 5, p. 17), ed. 2, a Basnagio curata, Antverpiae a. 1725, vol. 1, p. 197—216. Combefisius edidit Graece et Latine in libro suo *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars 2, p. 21—32. Gallandius, ubi supra, Combefisii interpretationem repetit.

ps: expositionis in psalmos fragmenta; apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1854, vol. 7, part. 2, p. 131—311.

spir: de Spiritu Sancto liber unus, sancto Hieronymo interprete. tri vel trin: de Trinitate libri tres, a Ioanne Aloysio Mingarelli, Bononiae a. 1769 editi. Guerickius lectiones varias in N. T. contulit, *Commentatio de schola Alexandrina*, Halis, a. 1824, vol. 2, pp. 33—47.

Diod vel Diod^{tars}: Diodorus, natu Antiochenus, episcopus Tarsensis inde ab anno circiter 379 usque fortasse ad annum circiter 390. Scripta eius innumera perierunt omnia, nisi forte Syri vel Armenii abditissimis in monasteriis aliqua occidentalibus hodie usque ignota servaverunt. Catenae Graecae fragmenta exhibent, et Marius Mercator nonnulla praebet. Nonnulla ex commentario in psalmos invenies apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae, vol. 6, pars 2 (a. 1853), p. 240—258.

Diogn: epistula ad Diognetum manu auctoris ignoti, saeculi fortasse secundi exeuntis. Edita est apud Bunsenium (ut ad const), vol. 1 (a. 1854), pp. 157—340; Ottonem in operibus Iustini Martyris; apud Gebh. Harnack., *Patr. app. opp.* Lips. fasc. 1, p. 205—226.

Dion vel Dionys^{alex}: Dionysius Alexandrinus, natus saeculo secundo exeunte, anno circiter 232 scholae catecheticae Alexandrinae praefuit, inde ab anno circiter 247 episcopatum Alexandrinum tenuit, mortuus est anno 265. Multa scripsit; fragmenta sola et epistolae nonnullae exstant, quorum pleraque servavit Eusebius, cf. Eusebius, *Hist. eccl.* lib. 7 passim (unde *Eus*). Apud Frontonem-Ducaeam, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 273—309; apud Gallandium (quem aequae atque Eusebium secutus est Tischendorfius), vol. 3, p. 479—537; vol. 14, append. p. 110—118; apud Routhium, vol. 4, p. 393—454. Editionem locupletissimam publici iuris fecit Simon de Magistris Romae anno 1796. Vide Millium, *Novum Testamentum Graecum*, Oxonii a. 1707, p. LXVIII et XIX—XXI, ed. Kusteri, Amstelodami a. 1710, sectt. 719 et 162—180.

can: epistula canonica ad Basilidem episcopum Pentapolitanum de diversis capitibus.

ep contr (vel ad) paul samos: epistula ad Paulum Samosatenum una cum responsionibus ad Pauli Samosateni decem quaestiones.

de mart: libellus de martyrio ad Origenem.

paul samos quaest *vel* resp: *vide ante* ep contr paul samos.

Dion areo *vel* areop: Dionysius Pseudo-Arcopagita dictus, vel Pseudo-Dionysius, scriptor ignotus fortasse saeculi quarti exeuntis. Textus adhuc incertus est. Apud Balthasarem Corderium, Antverpiae a. 1634 (repet. Venetii a. 1755 tomis duobus); Mignium, *Patrol. Gr.* voll. 3.4.

de cael hier: de caelesti hierarchia; edit. Florentiae a. 1516.

Dionysius Barsalibaenus: *vide bars*

Docet: Docetae, secta Gnostica saeculi secundi, cuius doctrinas exhibet Hippolytus (unde *hipp*); *vide Hipp* ^{phil.}

doctr apost: doctrina apostolorum, liber Syrus saeculi quarti exeuntis, a Guilelmo Cureton editus, *Ancient Syriac documents*, Londinii a. 1864.

Donatiani: ad Hebr 11,23 laudatur, nisi fallor, liber Taciti Nicolai Zegeri († 1559), *Adnotationes* in Evv Paul Apoc.

Doroth: Dorotheus archimandrita Palaestinus saeculi sexti exeuntis, scripsit „expositiones et doctrinas diversas animabus peritiles“ sive dissertationes ethicas et aseceticas viginti quattuor. Apud Frontonem-Ducaem, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 748—869; et apud Gallandium, vol. 12, p. 368—469.

Doxopates: fortasse laudatur a Tischendorfio in apparatu ad 2 Th 2,8 Nilus Doxopatrius archimandrita, incerto ortu, qui aliquando Panormi in Sicilia degebat, qui etiam claruit anno 1073; vel: Iohannes Doxopater Sikeliotes, *vide* Nicolaium, *Griechische Literaturgeschichte*, vol. 3, Magdeburgi a. 1878, p. 233 sq. et Eman. Miller, [*Notices et extraits des manuscrits de la bibliothéque nationale et autres bibliothéques*, tome XXXI, 2^e partie, p. 29—56] *Bibliothéque royale de Madrid* Parisiis.

Druthm: Christianus Druthmarus, Grammaticus, monachus coenobii Corbeiensis, claruit fortasse anno circiter 840, scripsit commentarium in evangelium Matthaei (Le Ioh). Prodiit Argentoraci a. 1514; Haganoae a. 1530; in *Magna bibliotheca veterum patrum*, Coloniae Agrippinae a. 1618, vol. 9, pars 1; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 106; *Bibliotheca patrum* vol. 15, p. 86.

Ducas: Dueas, cognomine ignoto, Byzantius, Michaelis Ducae nepos, claruit anno 1453, scripsit historiam Byzantinam ab anno 1344 usque ad annum 1462, quae Parisiis anno 1649 prodiit, Graeco-Latine, eum interpretatione et notis Ismaelis Bulliadi, item Bonnae a. 1834 e recognitione Immanuelis Bekker.

E.

Ebion: Ebionitae, secta Iudaeo-Christiana, cuius evangelium citatur ex Epiphonio.

Enoch Ethiops: Cf v. cl. Chr. Fridericus Augustus Dillmann, *Liber Henoch Aethiopice*, Lipsiae a. 1851, et *Das Buch Henoch übersetzt und erklärt*, Lipsiae a. 1851.

Enerat: Eneratitae, qui medio saeculo secundo ecclesiam reliquerunt quibusque Tatianus se addixit: apud Hippolytum (unde *hipp*), vide Hipp^{phil.}

ep lugd vel ep^{lugd} et^{vienn}: vide Lugdun

Ephr vel Ephraem: Ephraemus Syrus claruit anno 370, mortuus est anno 378. Opera eius prodierunt Graece cura Eduardi Thwaites, Oxonii a. 1709; Graece Syriace Latine curis Iosephus Simonus Assemanni et Petri Benedetti, Romae a. 1732—1746, voll. 3 Syr.—Lat. et voll. 3 Gr.—Lat. Hymnos et sermones edidit v. cl. Iosephus Lamy, Mechliniae a. 1882—1889, voll. 3; *Carmina Nisibena* v. cl. Gustavus Bickell, Lipsiae a. 1866. Cf versionem v. cl. Pii Zingerle (in libro *Bibliothek der Kirchenräter*), Kemptenae a. 1870—1876, voll. 3. De textu Syriaco, quo Ephraemus usus est, textui versionis Peshitta affini, cf v. cl. F. H. Woods „An examination of the New Testament quotations of Ephrem Syrus“ in libro *Studia biblica et ecclesiastica. III*, Oxonii a. 1891, p. 105—138 (vide etiam *ibid.* [vol. 1,] a. 1885, p. 173.174).

Epiphanes: Epiphanes, ortu Alexandrinus, auctore Clemente Carpo-eratianorum assecla et dux, claruit tempore Hadriani vel Pii.

Epiph vel Epph vel Epphan: Epiphanius, gente Palaestinus, episcopus Salamine in insula Cypro quae urbs postea Constantia dicta est, inde ab anno circiter 368, mortuus est anno 402. Opera ediderunt Dionysius Petavius, Parisiis a. 1622, repetita editione a. 1682; Guilelmus Dindorf, Lipsiae a. 1859—1862, voluminibus quinque; Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 41—43. Cf Ricardus Adalbert Lipsius, *Zur Quellenkritik des Epiphanius*, Vindobonae a. 1865.

anc vel ancor: Ancoratus, sive de fide sermo anno circiter 273 scriptus.

cant vel cantie: commentarius in cantica.

de Cataphrygis: vide haer

de pond et mens: de ponderibus et mensuris liber; edidit Lagardius „primum integrum et ipsum Syriacum“ cum interpretatione Germanica, Gottingae a. 1880.

ep Ancyrana: vide infra, p. 1221, Syn^{ancyr}

- hae *vel* haer: Panaria eorumque anacephalaeosis; panarium sive adversus haereses octoginta ediderunt Franciscus Oehler, Berolini a. 1859-1861, et Guilelmus Dindorf, Lipsiae a. 1859ss. mare: sectio de Marcione in Panario, haeresis 22 vel 42. petav: est editio Petavii ante laudata.
- epist ad regem *vel* epist anni 362 ad regem Persarum ab Athanasio missa. Apud Gallandium, vol. 5, p. 239, 240.
- Epist ^{oriental} ad Symm: *vide* Orientalium ep.
- Epitom: *vide* Clem (2).
- Epph *vel* Epphan: *vide* Epiph
- Eucher: Eucherius episcopus Lugdunensis inde ab anno 434, mortuus est anno circiter 454. In *Bibliotheca patrum*, Lugduni a. 1677, tom. 6; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 50, p. 685—1213. lib. formul: de formulis spiritualis intelligentiae, liber ad Veranum filium. quaest. in N. T: libri duo ad Veranum filium.
- Eulog: Eulogius, presbyter Antiochenus, patriarcha Alexandrinus inde ab anno 581, mortuus est anno 608. Sermo eius in diem festum palmarum exstat apud Photium, *Bibliotheca codd.* 182.208.225-227; apud Gallandium, vol. 12, p. 300—309 (310); apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 86, p. 2907—2964.
- Eus: Eusebius Pamphili, episcopus Caesareensis, fortasse anno circiter 270 natus, mortuus est anno circiter 340. Opera ediderunt Mignius, *Patrol. Gr.* voll. 19—24, Guilelmus Dindorf, Lipsiae a. 1867, voluminibus quattuor. ad mari *vel* marin: quaestiones ad Marinum; fragmenta apud Mainum, (*Scr. vet. nova coll.* cf infra ad huc) *Nova patrum bibliotheca* vol. 4, p. 255—267, supplementa p. 283—303; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 22, p. 879 sqq. burt: editio Burtonii sub *hist* laudata. can *vel* canon: canones sacrorum evangeliorum decem; apud Mignium, vol. 22, p. 1274 sqq.; *vide* quoque ante in prolegomenis nostris, p. 143—153. const *vel* laud Const: oratio de laudibus Constantini anno 335 habita, edita ab Heinichenio, Lipsiae a. 1830, iterum a. 1869. dem: de demonstratione evangelica libri viginti, exstant autem hodie non nisi decem; prodierunt Parisiis a. 1628; Coloniae a. 1688; apud Gaisfordium, Oxonii a. 1852. dind: editio Dindorfii sub *hist* laudata. ecl *vel* celo *vel* eclog: eclogarum propheticarum de Christo libri quattuor (haud integri), editi a T. Gaisfordio, Oxonii a. 1852.

- es *vel* esa *vel* esai: commentarii in Esaiam; apud Montfauconium, *Collectio nova patrum*, Parisiis a. 1707, tom. 2, p. 347; apud Mignium, *Patrologia Graeca*.
- hein: editio Heinichenii sub *hist* laudata.
- hi *vel* hist: historiae ecclesiasticae libri decem, anno circiter 324 scripti, editi sunt a Roberto Stephano, Parisiis a. 1544, Graeco-Latine, iterum Genevae a. 1612; a Valesio, Parisiis a. 1659, et denuo 1671; a Guilelmo Reading, Cantabrigiae a. 1720; ab Andrea Stroth, Halae a. 1779; ab Heinichenio, Lipsiae a. 1827, et denuo a. 1868 sqq.; a Burtonio, Oxonii a. 1838; ab Alberto Schwegler, Tubingae a. 1852 qui textum emendare tentavit; a Laemmero, Scaphusi a. 1859; a Dindorfio, Lipsiae a. 1871; in apparatu dicuntur editiones hae breviter, steph—val—hein—burt—lämm—dind.
- hist martyr pal: *vide* mart pal
- lämm: editio Laemmeri sub *hist* laudata.
- laud Const: *vide* const
- lue: commentarii in evangelium Lucae; fragmenta exstant apud Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, tom. 1, part. 1, p. 107—178, et *Nova patrum bibliotheca*, tom. 4, p. 159—207; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 24, coll. 529—604.
- mai: *vide* lue
- mare *vel* meell: contra Marcellum libri duo, iussu synodi Constantinopoli anno 336 habitae scripti; edidit Gaisfordius Oxonii a. 1852.
- marin: *vide* ad mari
- mart pal *vel* martyr: de martyribus Palaestinae, liber singularis, saepe compendii in modum redactus tamquam historiae ecclesiasticae libri octavi supplementum. Guilelmus Cureton librum totum in manuscripto Syro invenit, ediditque Syriae et Anglice, *History of the martyrs in Palestine by Eusebius . . .*, Londini a. 1861.
- meell *vide* mare
- onomast: onomasticon sive locorum biblicorum nominum catalogus. Ediderunt hoc Larsovinus et Partheius, Berolini a. 1862; Paulus de Lagarde, Gottingae a. 1870.
- paseh: de festo paschali liber. Fragmenta apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, tom. 4, p. 208—216; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 24, coll. 693—708.
- pr *vel* prae *vel* praep: praeparationis evangelicae libri quindecim, editi a Vigero, Parisiis a. 1628, iterum Coloniae a. 1688; ab Heinichenio, Lipsiae a. 1842; a Gaisfordio, Oxonii a. 1843.

- ps: commentarii in Psalmos centum quinquaginta, quorum priorem partem edidit Montefalconius (ubi supra ad *esai*), reliquam partem Maius, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 4, p. 67—107, etiamque Mignius (ubi supra).
- reliq: reliquiae apud Mainm, ut sub *ps*, p. 313—320.
- res: de resurrectione, Latine tantum; apud Gallandium, vol. 4, col. 479—497.
- rufin: Rufini interpretatio historiae ecclesiasticae Eusebiana, paulo post annum 400 edita; apud Petrum Thomam Caeciari, Romae a. 1740, qui meliorem textum praebet non vero satis bonum.
- steph: editio Stephani sub *hist* laudata.
- steph^{suppl}: quaestiones et solutiones ad Stephanum circa evangelia; apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1847, vol. 4, p. 217—254; supplementa, p. 268—282; fragmenta apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 22, coll. 879—936.
- theo vel theoph: theophania, liber ex demonstratione evangelica (vide ante *dem*) compactus. Interpretationem Syriacam Leeius Londinii a. 1842 edidit, interpretationem Anglicam cum notis Cantabrigiae a. 1843. Fragmenta Graeeae exstant apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 4, p. 108—159 et p. 310—312.
- val: editio Valesii sub *hist* laudata.
- Eus^{emes}: Eusebius episcopus Emesae in Phoenicia inde ab anno circiter 341, mortuus est anno circiter 360. Ediderunt quae supersunt opuscula Graeca Iohannes Chr. Gottlieb Augusti, Elberfeldae a. 1829; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 86, coll. 461—562. Citatur ex *cat.*
- Eustat^{ant} vel Eustath: Eustathius, Antiochiae episcopus a concilio Nicaeno anno 325 constitutus, paulo post Arianorum insidiis e sede expulsus. Apud Gallandium, vol. 4, p. 539—583, ubi etiam fragmentum ex Theodoro (unde *thdr*) invenitur, p. 575; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 18, col. 609—1064. Cf v. cl. Albertus Jahn, apud Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen. II, 4*, Lipsiae a. 1886.
- Euth vel Enthl: Enthalius, Aegyptus, secundum codicis titulum episcopus Sulcensis (urbis ipsius et nomen et situm ignoramus), claruit anno circiter 458, curavit opus criticum omni scientia ornatum in Actus apostolorum et in epistulas septem Catholicas, et in quatuordecim Pauli epistulas. Hoc cum adnotationibus uberrimis edidit Laurentius Zacagni, Romae a. 1698. Vide Gallandium, vol. 10, p. 197—315 [320]; Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 85, coll. 619—790; cf supra, p. 1148, adn. 1.

argum: argumentum epistolae alicuius.

capp: capita vel summa capitum.

cod y: vide infra p vel porf

elench: elenchus lectionum et eorum capitum atque testimoniorum, quae in actibus et epistulis continentur.

p vel porf: scriptio recentior codicis palimpsesti, cuius scriptio vetus codex P uncialis Actorum et epistularum Catholicarum est; vide supra, p. 417. Recentior haec scriptio anni 1301 praebet fere totum Euthalii in Act et epp Paul commentarium, textumque horum librorum integrum; interdum Tischendorfius codicem ita designat: Euthal^{cod y}; vide Tischendorfium, *Monumenta sacra inedita*, vol. 5, p. XII sq.

prol: prologus.

Euther: Eutharius, metropolita Tyanensis floruit anno 431, Cyrilli Alexandrini inimicus, Nestorii amicus, nec vero Nestorii haeresi favebat. Laudatur ex editione Schulziana operum Theodreti (cf infra, p. 1225, Thdt).

Euthy vel Euthym: Euthymius Zigabenus vel potius Zygadenus, monachus Constantinopolitanus, floruit anno 1116, scripsit commentarios in quattuor evangelia, unde *ad Mt, Mc, Lc*; apud Gallandium, vol. 14, p. 277—336, in *Bibliotheca veterum patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 19, p. 474—728. Christianus Fridericus Matthaei edidit commentarium in Evv Lipsiae a. 1792. Commentarios eius in Paul Cath edidit v. cl. Nicephorus Kalogeras, Athenis a. 1887, duobus tomis. De comm in Cath cf Matthaeius (ut supra, p. 249), *Cath*, p. XXX.

panopl dogm: orthodoxae fidei dogmatica panoplia adversus omnes haereses; frgm vide Gallandium ut ante; in *Bibliotheca maxima veterum patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 19, p. 6—235. Edita Tergovisti (Tergobysti) in Walachia a. 1710.

victor de Massilianis anath 7: victoria et triumphus, de impia et multiplici execrabilium Massalianorum secta, qui et Phundaitae et Bogomili, necnon Euchitae, Enthusiastae, Encratitae et Marcionitae appellantur; vide Gallandium ut ante.

Evagr: Evagrius Ponticus, claruit anno 380, aliquando archidiaconus Constantinopolitanus, posthac monachus Seitensis in Aegypto per quindecim annos; ap. Gall., vol. 7, p. 551-581. Laudatur e catenis.

Evgl sec Hebr: evangelium secundum Hebraeos, apud Tischend. *Notitia editionis codicis biblicorum Sinaitici*, Lipsiae a. 1860, p. 58; vide Millium, *Novum Testamentum Graece*, Oxonii a. 1707, p. XXXI seq., ed. Kusteri, Amstelodami 1710, sectt. 251—256; vide Irenaeum, adv. haer. 1,26 et 3,11 et Epiphanium haer. 30,13.

Fragmenta ediderunt v. cl. E. B. Nicholson, *The gospel according to the Hebrews*, Londinii a. 1879, et v. cl. Adolfus Hilgenfeld in libro *Novum Testamentum extra canonem receptum*, ed. 2, Lipsiae a. 1884; v. cl. Rudolfus Handmann, apud Gebhardt. et Harnack., *Texte und Untersuchungen. V, 3*, Lipsiae a. 1888.

Evv apoer: evangelia apoerypha ut Hebraeorum (supra), Nazaraeorum, Ebionitarum, secundum Aegyptios, protevangelium Iacobi, evangelium Thomae, acta Pilati cum Descensu ad inferos. Adlata sunt ex Clemente Alexandrino, Origene, Eusebio, in primis ex Epiphanio et Hieronymo. *Evangelia apoerypha* edidit Tischendorfus, Lipsiae a. 1853; prodierunt iterum a. 1876.

F.

Facund: Facundus, Hermiani in Africa episcopus, floruit anno 540, mortuus est fortasse anno circiter 570; scripsit libros duodecim pro defensione trium capitulorum, propter quem librum anno 547 ab Iustiniano imperatore in exsilium missus est. Librum ediderunt Iacobus Sirmondus, Parisiis a. 1629, 8^o, iterum a. 1696; Gallandius, vol. 11, p. 663—821; Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 57.

Fastid: Fastidius (Priscus?) Britannus, claruit anno 420, scripsit „libellum aureum, ad F. quendam, de vita Christiana et viduitate colenda“; vide Wagenmannium apud Herzogium, *Real-Encyclopädie für protestantische Theologie*, ed. 2, Lipsiae a. 1879, vol. 4, p. 509 sq. Apud Gallandium, vol. 9, p. 479—489.

Faust: Faustus, Afer Milevitanus, Manichaeorum episcopus, claruit anno circiter 400. Liber eius haereticus invenitur in refutatione ab Augustino scripta; vide ante *Aug* ^{contr Faust.} Cf Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 20, col. 401—479.

Faustin: Faustinus, schismatis Luciferiani presbyter, post medium saeculum quartum,

ari *vel* arian *vel* contr arian: ad Gallam Placidiam de trinitate sive de fide contra Arianos liber septem capitulis; — aliter, ad personam Flacillae reginae (ante 386), adversus Arianos et Macedonianos libri septem; apud Gallandium, vol. 7, p. 439—460. [474]; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 13, coll. 37—80.

Firmic: *vide* Matern

Firmil: Firmilianus, episcopus Caesareae Cappadocum, floruit anno circiter 223; epistula eius ad Cyprianum Latine forsan ipsius Cypriani manu versa exstat apud Cyprianum.

Fortun: Fortunatianus, Afer, Aquileiae in Italia episcopus, floruit anno circiter 340; citatur ex Augustino libro; vide ante *Aug* ^{fortun.}

Fulb: Fulbertus, natus anno circiter 950, inde ab anno 1007 episcopus Carnotensis (Chartres) in Gallia, mortuus est anno 1029; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 140, col. 163—374.

ep¹: epistularum prima, quae de trinitate, de baptismo, de cena Domini agit.

Fulg: Fulgentius, Afer, anno circiter 468 natus, episcopus Ruspensis inde ab anno circiter 508, mortuus est anno 533. Opera ediderunt Sirmondius, Parisiis a. 1612; Chiffletius, Divione [Dijon] a. 1649; (Mangeant), Parisiis a. 1684; Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 65, coll. 103—960. Cf v. cl. Aemilius Iungmann, „Die Zeit des Fulgentius“ in actis *Rheinisches Museum für Philologie*, Francofurti ad Moenum, series nova, vol. 32, pp. 564—577 (Iungmannus edidit *Coniectanea Fulgentiana* Lipsiae anno 1872).

ad monim: ad Monimum libri tres; apud Mignium, col. 153—206.

arian: contra Arianos liber unus; apud Mignium, col. 205—224.

ep *vel* epist: epistulae; apud Mignium, col. 303—498.

ep ad Ferrand: epistula ad Fulgentium Ferrandum; in operibus Fulgentii Ferrandi, apud Gallandium, vol. 11, p. 317—398; Mignium, col. 380—435.

fab fr *vel* fabian fragm: contra gesta quae adversus eum Fabianus haereticus falsa confinxit libri decem, ex quibus non nisi fragmenta exstant; apud Mignium, col. 749—834.

fid cat *vel* cath: pro fide catholica adversus Pintam episcopum Arianum liber unus; apud Mignium, col. 707—720.

fragm: *vide* fab fr

incarn: de incarnatione filii dei et vilium animalium auctore, ad Scarilam, liber unus; apud Mignium, col. 573—602.

rem pecc *vel* remiss pecc: de remissione peccatorum ad Euthymium libri duo; apud Mignium, col. 527—574.

tras *vel* trasim: ad Trasimundum regem Vandalorum libri tres, anno 507 scripti; apud Mignium, col. 223—304.

verit praed: de veritate praedestinationis et gratiae Dei, libri tres; apud Mignium, col. 603—672.

Ferrand: Fulgentius Ferrandus, Fulgentii Ruspensis discipulus, mortuus est ante annum 547; apud Gallandium, vol. 11, p. 317—398, ubi epistula Fulgentii Ruspensis ad eum invenitur.

G.

Gaius Romanus, claruit anno 210. Apud Eusebium, *Historia ecclesiastica*, et apud Gallandium, vol. 2, p. 203—208. Vide quae vir cl. Adolfus Harnack scripsit in Herzogii libro *Real-Encyclopädie*

für protestantische Theologie, ed. 2, vol. 4, Lipsiae a. 1879, p. 805sq; et etiam v. cl. Iohannes Gwynn, *Hermathena*, Dublinii, vol. 6, p. 397ss, qui fragmenta ex libro Hippolyti „Capita contra Gaium“ ibidem Syriace et Anglice edidit.

Gaud: Gaudentius, inde ab anno circiter 387 episcopus Brixiae.

serm: sermones sive tractatus quindecim ad Benevolum. Prodiierunt cura Pauli Galeardi, Augustae Vindelicorum a. 1757; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 20, col. 791—1006.

Gelas ^{cyzicen}: Gelasius, ortu Cyzicenus, episcopus Caesareae in Palaestina, claruit anno 476, historiam concilii Nicaeni ex aliorum scriptis, libros tres complectentem, consarcinavit. Prodiit primum Parisiis a. 1599. Apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 85, coll. 1179—1360.

Gennad: Gennadius episcopus vicesimus primus Constantinopolitanus annis 458-471. Scripsit commentarios in varios Veteris Testamenti libros et in Paul, item homilias. Citatur ex Oecumenio et ex cat.

Gennad: Gennadius, Massiliae presbyter, claruit saeculo quinto exeunte, librum Hieronymi „de viris illustribus“ continuavit, et scripsit „epistulam de fide sua seu de dogmatibus ecclesiasticis ad Gelasium papam“, praeterea de Apocalypsi, de mille annis, adversus Nestorium, adversus Pelagium, adversus omnes haereses. Liber eius de ecclesiasticis dogmatibus editus est ab Oehlero, *Corpus haeresologicum*, Berolini a. 1856, vol. 1, p. 333—355. Apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 58, col. 492—979. Catalogus virorum inlustrium prodiit cura Guilelmi Headingii, Lipsiae a. 1879.

Geometr: (Georgius?) Geometres saepe in catenis laudatus, e. g. Lc 2,40 in cat ^{mai}.

Georgius: Georgius Scholarius, idem qui Gennadius dicitur, Graecus, fortasse Constantinopolitanus, floruit anno 1453. Apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 160.

Germ: Germanus, Cyzici episcopus, inde ab anno 715, patriarcha Constantinopolitanus, propter imaginum picturarumque defensionem anno 730 sede pulsus, obiit fortasse anno 740. In libro suo „Theoria rerum ecclesiasticarum“, apud Frontonem Ducaeam, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 2, (p. 131—166), p. 146, Irenaei fragmentum Graecum servavit. Liber autem hic ab aliis Germano II, qui sequitur, tribuitur.

Germ ^{const}: Germanus II sive Iunior, natus Anapli Propontidis, monachus, inde ab anno circiter 1222 patriarcha Constantinopolitanus, sede motus anno 1240, restitutus anno 1254, quo anno fortasse etiam supremum diem obiit. Apud Cotelarium, *Ecclesiae Graecae monumenta*, Parisiis a. 1681, vol. 2.

Gild: Gildas Sapiens Badonicus, Britannus, floruit fortasse anno 581, scripsit librum querulum de excidio Britanniae; apud Gallandium, vol. 12, p. 189—220; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 69, coll. 329—392.

Glycas: Michael Glycas (ὁ Γλυκᾶς) floruit anno circiter 1120; scripsit dissertationes theologicas, epistulas, libros quattuor: *Βίβλος ζωορυσίη* ab initio usque ad annum 1118.

Greg: Gregorius Magnus, natus circa annum 540, anno circiter 570 praetor Romanus a Iustino iuniore imperatore factus, inter annos 573 et 577 monachus fit, anno 590 episcopus Romanus constitutus, mortuus est anno 604. Opera ediderunt Sammarthanus (ordinis Benedictini) Parisiis a. 1705, 4. voll. fol.; Gallicciolius, Venetiis a. 1768ss, 4 voll.; Mignius, *Patrol. Lat.* voll. 75—79.

dial: dialogorum de vita et miraculis patrum Italicorum et de aeternitate animarum libri quattuor, anno circiter 593 scripti.

Greg^{naz}: *vide* Naz

Greg^{nyss}: *vide* Nyss

Greg^{thaum}: Gregorius Theodorus Thaumaturgus, inde ab anno circiter 240 Neocaesareae in Cappadocia episcopus, obiit anno 265. Opera ediderunt Gerhardus Voss, Moguntiae a. 1604, Parisiis a. 1620—1622 fol.; Gallandius, vol. 3, p. 377—469; Routhius, vol. 3, p. 251—283; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 10, col. 963—1232. Cf v. cl. Victor Ryssel, *Gregorius Thaumaturgus, sein Leben und seine Schriften, nebst einer Uebersetzung zweier bisher unbekanntener Schriften Gregors aus dem Syrischen*, Lipsiae a. 1880.

H.

Harmenopulus: Constantinus Harmenopulus, Sebastus, nomophylax et index Thessalonicensis. Floruit medio saeculo quarto decimo. Quae scripsit de opinionibus haeticorum qui singulis temporibus exstiterunt, habentur apud Frontonem Ducaem (Le Due), *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 533—538 (539), ubi Graeco-Latine exstant, Latine inveniuntur in *Bibliotheca maxima veterum patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 19, p. 958b—960h.

Haym: Haymo vel Aimo, inde ab anno 841 episcopus Halberstadiensis, mortuus est anno 853. Scripsit inter alia commentarium in epistulas Pauli. Opera edidit Mignius, *Patrol. Lat.* voll. 116—118.

apoc: commentariorum in Apocalypsim libri septem, qui re vera Haymonis alius posterioris temporis videntur esse; vide Cavium, vol. 2, p. 28.

Hebr: *vide* Evgl. see. Hebr.

Heges: Hegesippus, in oriente natus, non breve tempus in occidente degens, claruit anno circiter 170; apud Gallandium, vol. 2, p. 59—67.

Heracl: Heraclion, Gnosticus, floruit fortasse anno circiter 170. Citatur ex Clemente Alexandrino (*Lc* 3,16 est ex eclogis propheticis Clementis) et ex Origene; Origenes praebet multa commentarii Heraclionis in Iohannis evangelium fragmenta.

Hermia: Hermias, philosophus Christianus, saeculi secundi, re vera posterioris, ut quidam opinantur; in *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 187—191; apud Gallandium, vol. 2, p. 68—73; apud I. C. T. Otto, *Corpus apologetarum Christianorum saeculi secundi*, Ienae a. 1872, vol. 9, p. 1—31.

Heron ^{titul}: titulus epistulae Pseudo-Ignatianae ad Heronem; vide *Ign*.

Hes ^{hier vel hr vel hrs vel Hes presb vel presb hr}: Hesyehius primus presbyter, deinde patriarcha Hierosolymitanus, mortuus est anno 609, scripsit *συχρηθὼν τῶν ἐξ' ἀποστολῶν*. Opera in *Maxima bibliotheca veterum patrum*, Lugduni vol. 12 (a. 1677), p. 52—205; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 93, col. 781—1560. Laudatur etiam e libro *Criticorum sacrorum* [vol. 8] . . . *supplementum*, vol. 1, Francofurti ad Moenum a. 1700.

lev *vel* levi *vel* levit: explanationis in Leviticum libri septem qui Latine tantum exstant.

qu *vel* quaest: collectio quaestionum, excerpta ex evangelii consonantia Hesyehii. Edidit Gr.-Lat. Cotelerius, *Ecclesiae Graecae monumenta*, Parisiis, vol. 3 (a. 1687), pars 1.

Hes *vel* Hesyeh: Hesyehius Salonitanae urbis in Dalmatia sitae episcopus, claruit anno 418.

ep ad Aug: epistula ad Augustinum, inter epistulas Augustini numero 79.

Hierae: Hieracas, Aegyptius, floruit anno circiter 302 post Christum natum; fragmenta scriptorum eius reperiuntur apud Epiphanium (unde epiph), *Panaria*, haer. 67 (47).

Hier: Sophronius Eusebius Hieronymus, Stridone in urbe Dalmatiae anno 329 (alii 341) natus, Romae in litterarum studia incubuit, Galliam visit, anno 372 profectus est in Orientem, anno 379 Antiochiae presbyter factus, Constantinopolim anno 380, Romam anno 382 ivit, unde Orientem anno 385 iterum petiit, post Aegyptum visam Bethlehemeni monasterium condidit, mortuus est anno 420. Opera eius ediderunt monachi Benedictini congregationis S. Mauri Parisiis intra annos 1693 et 1706, in quinque tomos dispersita; et Dominicus Vallarsius, Veronensis presbyter, Veronae intra annos

- 1734 et 1742, in undecim tomos fol. dispersita (voll. 9 et 10 continent Biblia Vulgata), iterum 4^o Venetiis a. 1762—1772. Harum editionum volumina ad titulos singulos plerumque adposui. Vide Mignium, *Patrol. Latina* vol. 22—30. Plurima ex Origene praesertim in commentariis mutuatus est Hieronymus; unde fit ut multas lectiones Origenianas tacite exhibeat.
- abae: commentariorum in Abaeue prophetam libri duo (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 587—670).
- algas *vel* ad Algas *vel* quaest ad algas: ad Algasiam de quaestionibus undecim (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, col. 843—883).
- amo: commentariorum in Amos prophetam libri tres (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 219—358).
- commentatio Christiano cuiilibet utilis, apud Gallandium, vol. 7, p. 527—530.
- damas *vel* ad Damas *vel* ep damas *vel* ep ad dam: epistulae sex ad Damasum papam (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, p. 37—86 et 158—169).
- dan: commentarii in Daniele prophetam, anno circiter 407 scripti (Vall. vol. 5, col. 617—736).
- dial adv Luciferianos: altercatio Luciferiani et Orthodoxi, adversus Luciferianos, anno circiter 378 scripta (Ben. vol. 4, Vall. vol. 2, col. 169—202).
- ecclesiast: commentarius in librum Ecclesiasten, anno circiter 390 scriptus (Ben. vol. 2, Vall. vol. 3, col. 381—498).
- ep ad Ctesiphon: epistula ad Ctesiphontem adversus Pelagianos, anno circiter 415 scripta (Vall. vol. 1, col. 1019—1036).
- ep ad marcell: epistulae ad Marellam (Ben. vol. 4 et vol. 2, Vall. vol. 1); saepe ad eam scripsit.
- ep ad Minervium et Alexandrum: epistula ad Minervium et Alexandrum monachos, anno 406 exeunte scripta (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, col. 793—809).
- ep ad princip: epistulae ad Principiam virginem (Ben. vol. 4, Vall. altera anno 397, vol. 1, col. 371—391, altera anno 412 scripta, vol. 1, col. 944—954).
- eph *vel* ephes: commentariorum in epistolam ad Ephesios libri tres, anno circiter 388 scripti (Ben. vol. 3, Vall. vol. 7, col. 537—684).
- ephes praef: est praefatio horum commentariorum.
- epitaph Paulae: epistula ad Eustochium virginem, epitaphium Paulae matris, anno 404 scripta (Ben. vol. 4, Vall. 1, col. 684—719).
- esai: commentariorum in Esaiam prophetam libri duodeviginti, anno circiter 410 scripti (Ben. vol. 3, Vall. vol. 4, col. 1—832).

- eustoch: epistula ad Eustochium de custodia virginitatis, anno circiter 384 scripta (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, col. 87—124).
- ezech: commentariorum in Ezechielem prophetam libri quatuordecim, anno circiter 411 scripti (Ben. vol. 3, Vall. vol. 5, col. 1—616).
- gal *vel* gala *vel* galat *vel* ad gal: commentariorum in epistolam ad Galatas libri tres, anno circiter 388 scripti (Ben. vol. 4, Vall. vol. 7, col. 367—536).
- hebr *vel* de ll. Hebr: liber de situ et nominibus locorum Hebraicorum (Ben. vol. 2, Vall. vol. 3, col. 121—300); cf editiones libri Eusebii *Onomasticon*.
- hedib *vel* ad hedib *vel* ep ad hedib: epistula ad Hedibiam de quaestionibus duodecim, anno circiter 407 scripta (Ben. vol. 4, Vall. vol. 1, col. 811—843).
- helvid *vel* cont helvid: liber adversus Helvidium de perpetua virginitate beatae Mariae, anno circiter 383 scriptus (Vall. vol. 2, col. 203—230).
- hierem: commentariorum in Hieremiam prophetam, libri sex, anno circiter 416 scripti (Ben. vol. 3, Vall. vol. 2, col. 833—1096).
- ierem: *vide* hierem
- ioel: commentariorum in Ioel prophetam liber unus (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 165—218).
- iovin: adversus Iovinianum libri duo, anno circiter 393 scripti (Vall. 2, col. 231—384).
- lucif *vel* contr lucif: *vide* dial adv Luciferianos.
- malach: commentariorum in Malachiam prophetam liber unus (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 939—986).
- marcell: *vide* ep ad marcell
- mich: commentariorum in Michaeam prophetam libri duo (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 431—532).
- mt *vel* matth: commentariorum in evangelium Matthaei libri quatuor, anno circiter 398 scripti (Ben. vol. 4, Vall. vol. 7, col. 1—244).
- naum: commentariorum in Naum prophetam liber unus (Ben. vol. 3, Vall. vol. 6, col. 533—586).
- nom hebr *vel* de nominibus Hebr: liber de interpretatione nominum Hebraicorum (Ben. vol. 2, Vall. vol. 3, col. 1—120); cf Eus *Onomast.* et Paulus de Lagarde, *Onomastica sacra alterum edita*, Gottingae a. 1887.
- opt gen interpr. ad Pammach ep 101: epistula ad Pammachium de optimo genere interpretandi (Vall. vol. 1, col. 303—316).

- orig: ad *Le* 1,1—6 laudatur Hieronymi translatio homiliarum undequadragesima Origenis in *Lucam* (Vall. vol. 7, col. 245—366).
- pel *vel pelag vel adv (vel cont)* Pelagian: dialogus sub persona Attici Catholici et Critobuli haeretici adversus Pelagianos libri tres cum prologo (Ben. vol. 4, Vall. vol. 2, col. 675—792).
- philem: commentariorum in epistolam ad Philemonem liber unus (Ben. vol. 4, Vall. vol. 7, col. 741—764).
- praef ephes: *vide eph*
- ps: liber in expositionem Psalmorum Hieronymo falso adscriptus (Ben. vol. 2, Vall. vol. 7, append. col. 403—422 [426]).
- breviarium in ps: breviarium in Psalterium Hieronymo falso adscriptum (Ben. vol. 2, Vall. vol. 7, append. col. 1—402).
- quaest algas: *vide algas*
- quaest Hebr *vel quaest Hebr* in *Gen*: liber Hebraicarum quaestionum in *Genesim*, anno circiter 388 scriptus (Ben. vol. 2, Vall. vol. 3, col. 301—780).
- tit: commentariorum in epistolam ad Titum liber unus (Ben. vol. 4, Vall. vol. 7, col. 685—740).
- Hil: Hilarius Pictaviensis, anno circiter 310 (alii 320) natus, ex gentili Christianus factus, anno 354 episcopus Pictaviensis creatus, anno 356 ob inimicitias cum Arianis in Phrygiam expulsus anno 360 restitutus est, et postquam diu fidei Nicaenae strenuus defensor fuit, anno 368 obiit. Opera eius ediderunt monachi ordinis sancti Benedicti e congregatione S. Mauri [P. Coustantius], Parisiis a. 1693; et Sc. Maffei, Veronae a. 1730 (unde *Veron* et *maffei*); et Mignius, *Patrol. Lat.* voll. 9.10. Fragmenta etiam exstant apud Gallandium, vol. 5, p. 83—93; et apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 1, p. 471—493.
- mat *vel matth*: commentarii in evangelium Matthaei.
- ps: commentarii in Psalmos. Edidit v. cl. Antonius Zingerle [*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. XXII*], Vindobonae a. 1891.
- trin: de trinitate libri duodecim.
- Hilarian: Quintus Iulius Hilarianus chronicus et chiliasta claruit fortasse anno circiter 397, scripsit chronologiam sive libellum de mundi duratione; apud Gallandium, vol. 8, p. 235—238.
- Hinemar: Hinemarus, episcopus Remensis inde ab anno circiter 845, supremum diem obiit anno 882.
- Hipp: Hippolytus Romanus, episcopus Portuensis, floruit anno 220. Opera ediderunt Gulielmus Morelius Parisiis a. 1556; Iohannes Albertus Fabricius, Hamburgi a. 1716, iterum recusa apud

Gallandium, vol. 2, p. 409—453 et Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 10, col. 261—962 (ap. Fronton, Ducaem, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 2, p. 342—363 est de consummatione mundi et de Antichristo). Tischendorfius usus est in primis Gallandio, vol. 2, p. 417—474. Edidit Paulus Antonius de Lagarde, *Hippolyti Romani quae feruntur omnia Graece*, Lipsiae et Londinii a. 1858. Cf v. cl. Funk, „Zur Philosophumena-Frage“ in actis *Literarische Rundschau*, Friburgi a. 1881, num. 2, col. 33—38; v. cl. Georgius Salmon apud Smithium et Wacium, *A dictionary of christian biography*, vol. 3, Londinii a. 1882, p. 85b—105b.

adv plat: adversus Platonem de causa universi (Gall. vol. 2, p. 451—454).

anti *vel* antichr: demonstratio de Antichristo et in Susannam apud Marquardum Gude, Parisiis a. 1661; Combesium, *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars 1, p. 26—62 (Gall. vol. 2, p. 417—442, Lag. p. 1—36). Varias lectiones ex versione Slavonica vetere edidit v. cl. Adolf. Harnack, „Ueber eine in Moskau entdeckte und edirte altbulgarische Version der Schrift Hippolyts ‚de Antichristo‘“ *Zeitschrift für die historische Theologie*, a. 1875, p. 38—61.

cantie: commentarius in Cantica Canticorum (Lag. p. 200); vide Tischendorfius, *Anecdota sacra et profana*, ed. repetit. Lipsiae a. 1861, p. 227.

cat Niceph¹³⁸: in editione Lagardii, p. 138.

charis *vel* charism: *περὶ ζωτισμύτων* (Gall. vol. 2, p. 500—513); est frag ex Apost. Constt. VIII.; vix est Hippolyti.

chri et anti *vel* anti chri: *vide* anti

cod brit¹³⁸: in editione Lagardii, p. 138.

consumm: oratio de consummatione mundi et Antichristo ac secundo Domini adventu. Fortasse est Pseudo-Hippolyti (Lag. p. 92—123).

dan *vel* dani: commentarius in Daniele (Lag. p. 151—187); cf v. cl. Otto Bardenhewer, *Des heiligen Hippolyts von Rom Commentar zum Buche Daniel*, Friburgi in Brisgovia a. 1877, et v. cl. Eduardus Bratke, *Das neuentdeckte vierte Buch des Daniel-Commentars von Hippolytus*, Bonnae a. 1891.

delag: editio Lagardii supra laudata.

fin mund: *vide* consumm

fragm: fragmentum ex commentario in Genesin (Gall. vol. 2, p. 477—484).

lag: editio Lagardii supra laudata.

noet *vel* contr noet: contra haeresim Noeti cuiusdam (apud G. Vossium, *Miscellanea sanctorum aliquot patrum*, Moguntiae a. 1604 (ad finem editionis Gregorii Thaumaturgi), p. 58-71. Gall. vol. 2, p. 454—465, Lag. p. 43—57).

phil *vel* philosoph: philosophumena sive refutatio omnium haeresium; post Emm. Millerum, Oxoniae a. 1851 (qui Origeni tribuit) ediderunt Ludovicus Duncker et F.G. Schneidewinus, Gotingae a. 1859. Ex libro primo, in quo philosophorum sententiae recensentur, nomen „Philosophumena“ ad ceteros libros male a quibusdam translatum est.

prov: commentarius in Proverbia (Mai. *Nova patrum bibliotheca*, vol. 7 (a. 1854), p. 71—76, Lag. p. 196—200?).

ps: commentarius in Psalmos (Lag. p. 187—196).

susan *vel* susann: expositio in historiam Susannae (Gall. vol. 2, p. 442—447, Lag. p. 145—151).

theoph: homilia in sanctam theophaniam (Gall. vol. 2, p. 491—504 Lag. p. 36—43).

Hom *vel* Homil *cl vel* elem *vel* epitom: *vide* Clem (2).

I.

Iac^{nīs} *vel* nisib: Iacobus iam ante concilium Nicaenum episcopus Nisibenus, mortuus anno 338; ei adtribuuntur homiliae duodeviginti et epistula synodica; apud Gallandium, vol. 5, p. I—CLXIV; Assemanus, vol. 1, p. 17—24, paene negat Iacobum Nisibenum quidquam scripsisse, et dicit eum saepe cum Iacobo Sarugensi confundi. Ad Mt 22,40 est 11, p. XI; ad 1 Co. 8,8 laudatur serm. 13, paragr. 3, p. XC. Sunt homiliae Aphraatis, cf supra, p. 1161.

Iac^{sarug}: Iacobus Sarugensis, Batnarum in Mesopotamia episcopus inde ab anno 519 usque ad annum 521; vide Assemanum, vol. 1, p. 283b—340a.

Iacobus Iustus: Iacobus apostolus, Minor, Iustus.

Ildacius: *vide* Vig^{var}

Ign: Ignatius Antiochennus, floruit saeculo secundo ineunte. Apud Cotelerium, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 2, p. 1—178, vide etiam appendicem voluminis, p. 183—448; apud Dresselium, *Patrum apostolicorum opera*, ed. 2, Lipsiae a. 1863 qua editione Tischendorffius usus est; hodie apud Zahnium [Gebhardt. Harnack. Zahn.], *Patrum apostolicorum opera*, fasc. 2, Lipsiae a. 1876; Lightfootium, ed. 2, Londinii a. 1889, voll. tribus.

antioch: ad Antiochenses.

ad heron: ad Heronem ecclesiae Antiochenae diaconum.

eph: ad Ephesios.

int *vel* intpol: Ignatii epistulae interpolatae.

magn: ad Magnesios.

philad: ad Philadelphenos.

philipp: ad Philippenses.

rom: ad Romanos.

smyrn: ad Smyrnaeos.

tars: ad Tarsenses.

trall: ad Trallianos.

Innocentius: Innocentius I, anno 401 episcopus Romanus constitutus.

Opera edidit Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 20, col. 457—638. vol. 33,

col. 779—788: epistulae apud Gallandium, vol. 8, p. 541—612;

ad Hebr* (ante, vol. 2, p. 780) citatur ex Gallaudio, vol. 8, p. 464.

Iob: Iobius monachus claruit fortasse anno 530, fragmenta scriptorum eius exstant apud Photium. Laudatur e Wetstenio.

Io. Armenus: e Wetstenio citatus.

Ioh^{thess}: Iohannes archiepiscopus Thessalonicensis floruit anno 680; apud Gallandium, vol. 13, p. 185—197.

Ir *vel* Iren: Irenaeus, gente Asianus, ante annum 130 natus, episcopus Lugdunensis, libros adversus haereses circa annum 180 edidit.

Opera eius ediderunt Erasmus, Basileae a. 1526; Fr. Feuarden-
tius, Parisiis a. 1639; Grabius, Oxonii a. 1702; Renatus Massuet,
Parisiis a. 1712; Adolfus Stieren, Lipsiae a. 1853; W. Wigan
Harveius, Cantabrigiae a. 1857. Citat Tischendorfius paginas
editionis Massuetianae, quae in editionibus Stierenii et Harveii
adnotantur; usus est imprimis Stierenio.

adv haer: adversus haereses libri quinque, quorum primi magnas
partes Epiphanius exscripsit; alii non nisi in interpretatione
Latina exstant.

cat: notandum est Tischendorfium in apparatu critico ad Me 16,19
citare *cat* ex pagina corrigendorum et addendorum, quae
paginam 498 primi Crameri catenae voluminis sequitur.

erasm: editio Erasmi supra laudata.

ex Seniorib: loco laudato videtur Irenaeus verba ecclesiae veteris
seniorum dare.

feuard: editio Feuardenii supra laudata.

gnost: Gnosticorum apud Irenaeum adductorum fragmenta conlegit
Stierenius in appendice.

grab: editio Grabii supra laudata.

harv: editio Harveii supra laudata.

- int: versio vetus Latina Irenaei vel exeunte saeculo secundo vel, quam amant opinionem Westcottus Hortiusque, saeculo quarto facta.
- mass: editio Massueti supra laudata.
- pfaff: Chr. Matthaeus Pfaff, qui fragmenta quaedam sub nomine Irenaei in codice Taurinensi nunc deperdito repperit et diligenter edidit quam editionem omnes post repetierunt editores; haec fragmenta originem ducunt ex libris quos Irenaei aetate certe non multo post illud tempus scriptos esse, veri est simile, sed non sunt Irenaei ipsius.
- stier: editio Stierenii supra laudata.
- voss: codex Vossianus, magnae auctoritatis; vide Stierenium, p. XVII sqq.
- Isaacus Catholicus, Armenus, claruit fortasse anno 1150; apud Gallandium, vol. 14, p. 411—446. Laudatus est e Wetstenio et fortasse e Canisio.
- Isai: Isaias, abbas Scetensis, floruit fortasse saeculo quarto medio, scripsit orationes sive sermones undetriginta; apud Gallandium, vol. 7, p. 277—321 [329]; de Isaia vide ibidem, p. VI; apud Magnium, *Patrol. Gr.* vol. 40, col. 1103—1214.
- Isid: Isidorus Pelusiota Aegyptius claruit intra annos 412 et 431. Epistularum eius de interpretatione divinae scripturae libros tres edidit Iacobus Billius Parisiis; hos iterum edidit Conradus Rittershusius (cuius editione usus est Tischendorfius) addito libro quarto, Heidelbergae a. 1605 (denno a. 1615); liber quintus prodiiit Francofurti a. 1629 cura Andreae Schotti; quinque denique libri prodierunt Parisiis a. 1638. Apud Mign. *Patrol. Gr.* vol. 76, col. 1—1674.
- Iulian^{imp}: Iulianus imperator, apostata, natus anno 331, mortuus est anno 363. Laudatur ex Cyrillo Alexandrino, vide Cyr. iul.
- Iulian^{rel} vel Iulian^{pelag}: Iulianus, Italus, aliquando episcopus oppidi parvi in Italia, ob doctrinam Pelagianam sede pulsus, claruit intra annos circiter 417 et 450. Laudatur ex Augustino.
- Iulianus episcopus Toletanus annis 680—690. Nescio an adductus sit. Multa scripsit. Vita sola Hildefonsi exstat.
- Iul^{pp}: Iulius pontifex Romanus inde ab anno 337, mortuus est anno 352. Duae epistolae eius inveniuntur apud Athanasium in „Apologia de fuga“; apud Gallandium, vol. 5, p. 1—15. Exstant et alia scripta nomini eius ab Apollinaristis ut videtur supposita.
- Iunil: Iunilius episcopus Africanus claruit anno circiter 550, scripsit libros duos „de partibus divinae legis“, qui libri prodierunt Basileae, a. 1545 (1546?), et Francofurti ad Viadrum a. 1603; et apud

Gallandium, vol. 12, p. 77—92; et apud v. cl. Henricum Kihn, *Theodor von Mopsuestia und Iunilius Africanus als Exegeten. Nebst einer kritischen Textausgabe von des letzteren Instituta regularia divinae legis*, Friburgi in Brisgovia a. 1880 („Instituta“ separatim etiam prodierunt).

Iust *vel* Iustin: Iustinus Martyr, patria Samaritanus ex urbe Neapoli, ex gentili Christianus, scripsit Antonino Pio regnante et coronam fidei Romae accepit.

Opera eius ediderunt Robertus Stephanus, Lutetiae a. 1551 (editio princeps); Fridericus Sylburgius, Heidelbergae a. 1593; Fredericus Morellus, Parisiis a. 1615, iterum a. 1636; nescio qui Coloniae vel potius Vitebergae a. 1686 pessime (vide Ottonis prolegomena); Styanus Thirlbius, Londinii a. 1722; Prudentius Maranus, monachus congregationis S. Mauri, ordinis S. Benedicti, Parisiis a. 1742 (editio haec paucis mutatis repetita est Venetiis a. 1747 et ab Andrea Gallandio, *Bibliotheca veterum patrum*, Venetiis a. 1765, vol. 1); Ioannes Carolus Theodorus Otto, Laeae a. 1842—1847, iterum a. 1847—1850, tertium a. 1876—1879; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 6, col. 1—800 et 1181—1600; libros selectos ediderunt Ioannes Ernestus Grabe, Oxoniae a. 1700; H. Hutchinus, Oxoniae a. 1703; Samuel Jebbius, Londinii a. 1719. Volumina editionis huc usque praecellentis Ottonis, ad titulos singulos adposui.

ap *vel* apo *vel* apol: apologiae (sive apologiae duae) pro Christianis (Otto, 1, 1).

dial: dialogus cum Tryphone Indaeo (Otto, 1, 2); apologiae et dialogus etiam apud Gallandium, vol. 1, p. 411—608.

coh: cohortatio ad Gentiles (Otto, 2); opus addubitatum, quod ni fallor Apollinaris Laodiceus scripsit.

or ad gent: oratio ad Gentiles vel ad Graecos (Otto, 2); opus addubitatum.

qu *vel* quaest: vide Ps-Iust et Quaest et Orthod⁹¹

rect fid: vide Ps-Iust

resurr: de resurrectione (Otto, 2, append.).

tr *vel* try *vel* tryph: vide dial

zen: epistula ad Zenam, cf Ps-Iust.

Iust^{gnost}: Iustinus gnosticus, apud Hippolytum, vide Hipp^{phil}.

Iuv *vel* Iuvene: Iuvenens, Hispanus, poeta et presbyter historiae evangelicae libros quattuor versu heroico scripsit, floruit anno circiter 330. Ediderunt Faustus Arevalus, Romae a. 1792; Carolus Marold, Lipsiae a. 1886; Iohannes Huemer, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. XXIV*, Vindobonae a. 1871. Apud Gallandium, N. T. ed. 8.

dium, vol. 4, p. [585] 601—630. De Iuvenco vide Sabatarium, vol. 1, p. XLII sqq.

L.

- Lact** *vel* Lactant: Lucius Caelius Firmianus Lactantius, Africanus, anno fere 260 natus, fortasse brevi post a. 290 Nicomediam se contulit anno circ. 307 in Galliam ubi anno circiter 340 mortuus est. Apud Gallandium, vol. 4, p. 225—436; prodierunt iam *divinae institutiones et epitome divinarum institutionum* e recensione v. cl. Georgii Brandt [*Corp. serr. eccl. Lat. XIX, 1*], Vindobonae a. 1890. De Lactantii lectionibus biblicis, quarum tamen plerasque Vetus Testamentum suppeditavit, vide Rönsehium, *Zeitschrift für die historische Theologie*, a. 1871, p. 531—629.
- Lucif** *vel* Lucif: Luciferus, Calaritanus in Sardinia episcopus, quater exsul, mortuus est anno 371. In *Maxima bibliotheca veterum patrum*, Lugduni a. 1677, vol. 4, p. 180—253. Opuscula ediderunt I. Dominicus et Iacobus Coleti, Venetiis a. 1778. Apud Gallandium, vol. 6, p. 153—260; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 13, col. 765—1048; apud Hartelium, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. XIV*, Vindobonae a. 1886, cuius editio sola citationes sacrae scripturae bene praebet et immutatas.
- athan**: pro sancto Athanasio, libri duo.
- Leo**: Leo I., Magnus, pontifex Romanus inde ab anno 440, mortuus est anno 461. Opera eius prodierunt Coloniae Agrippinae a. 1561; e secundis euris Paschasii Quesnel, Lugduni a. 1700; curantibus Petro et Hieronymo fratribus Balleriniis, Venetiis a. 1753—1757, tomis tribus. Apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 54.
- serm**: sermones.
- ep ad Flavianum**: apud Vossium, *Miscellanea sanctorum aliquot patrum*, Moguntiae a. 1604 (ad finem editionis Gregorii Thaumaturgi), p. 144—164 [183]; apud Frontonem-Ducaeam, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 485—493; apud Mignium, vol. 54, col. 751—782.
- Leont**: Leontius, advocatus Byzantinus, monachus, floruit saeculo sexto medio. De sectis apud Frontonem-Ducaeam, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 493—533. Apud Canisium, *Lectiones antiquae*, ed. Basnag. Antverpiae a. 1725, vol. 1, p. 525—630; apud Gallandium, vol. 12, p. 623—718; cf v. cl. Fridericus Loofs, *Leontius von Byzanz und die gleichnamigen Schriftsteller der griechischen Kirche* [Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen. III, 1, 2*], Lipsiae a. 1887 [1888].

Leontius Hierosolymitanus: cf Angelus Maius, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae vol. 9, p. 410—610, ubi opus Leontii adversus Nestorianos invenies.

liber de trin et spir sancto Vigilio Tapsensi fortasse iure adscribitur; vide Athan.

Liberatus archidiaconus Carthaginensis claruit anno 554. Apud Gallandium, vol. 12, p. 119—118; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 68, col. 963—1096.

codd Liberati: vide ibidem, p. 154 Aa.

Lugdun^{ep vel epist}: epistula ecclesiarum Lugdunensis et Viennensis anno 177 circiter scripta. Apud Eusebium, *Historia ecclesiastica* lib. 5, cap. 1, par. 15.

M.

Mac vel Macar: Macarius senior, Magnes, presbyter Aegyptius, claruit anno 373. Apud Gallandium, vol. 7, p. 1—254. Cf v. cl. Theodorus Zahn, *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, Gothae a. 1878, vol. 2, p. 450—459.

cust cord vel custod: de custodia cordis liber.

elev: de elevatione mentis liber.

hom: homiliae spirituales quinquaginta de integritate quae decet Christianos.

orat: de oratione liber.

pat vel pati vel patient: de patientia et discretione liber.

Mac vel Macar Chrysoe vel Chrysoceph: Macarius Chrysocephalus, Philadelphiae archiepiscopus, saeculi fortasse quarti decimi; de Macarii Chrysocephali tempore vide I. A. Fabricium, *Bibliotheca Graeca*, ed. Harlesius, Hamburgi a. 1802, vol. 8, p. 676—677, qui fortasse iniuria eum anno 1351 claruisse putat; vide Cavium, vol. 2 sub finem, dissert. 1, p. 12. Fragmenta, Clementis Alexandrini ad Le 9,54, apud Gallandium, vol. 2, p. 153—157. De Or vide Or et vide Gallandium, vol. 14, append. p. 86.

Mac^{hier}: Macarius primus, episcopus Hierosolymitanus a. 311 (312) —333 (inter 331 et 335). Laudatur e Gelasio et e concilio Nicaeno.

Man: Manes, Persa, haereticus, floruit anno 277; apud Epiphanium.

Manich: Manichaei, sectatores Manetis modo dicti. Cf disputationes Manichaei cum Christiano, apud Maium, *Nova patr. bibl.* vol. 4 (1847), pars 2, p. 80—110 (113).

mans: vide auct mans.

Manuel Caleca: Graecus, monachus, floruit anno 1360; vide Cavium, vol. 2, append. p. 65 sq.

Opus eius de essentia et operatione invenies apud Combeſum, *Bibliothecae Græcorum patrum auctarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars 2, p. 1—67 et p. 118—134 secundae seriei de fide deque principiis Catholicae fidei p. 182—297.

Maras: Maras episcopus Amidae anno 520, anno fere post sede pulsus ob haeresim Monophysitarum; apud Assemanum, vol. 2, p. 48a-53b.

Mar Merc: Marius Mercator, fortasse Afer, floruit anno 418, Nestorii adversarius, Nestorii sermones aliaque scriptorum eius Latine vertit; apud Garnerium, Parisiis a. 1673; Balusium, Parisiis a. 1684; Gallandium, vol. 8, p. 613—738; Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 48.

Mare vel Meion: Marcion, Ponticus, saeculo secundo medio Romae Gnosticus Anti-Indaëus fit; apud Tertullianum, Origenem, Hippolytum, Epiphanium; vide Millium, *Novum Testamentum Graecum*, Oxonii a. 1707, proll. p. XXXIII—XXXVI; Hilgenfeldium, *Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie*, a. 1855, p. 426—484; Nitzschium, *Zeitschrift für die historische Theologie*, a. 1860, p. 285—288; v. cl. Theodorum Zahn, *Geschichte des Neutestamentlichen Canons. II, 2, 1*, Erlangae et Lipsiae a. 1891, p. 409—529; cf v. cl. Adolphus Harnack, *Geschichte der altchristlichen Literatur*, Lipsiae a. 1893, pars 1, p. 191—197 et index sub voce Marcion.

Marcionistae: cf quae ex iis adferuntur in dialogis Adamantii (ut supra, p. 1181, dial vel dial^{mare}, vide Hortium).

Mare^{diad} vel diado: Marcus Diadochus, episcopus Aegyptius, floruit anno 356; exstat sermo contra Arianos quem fertur scripsisse; hunc edidit Gr.-Lat. Iohannes Rodolfus Wetstein, Amstelodami a. 1694; exstat cum interpretatione Iohannis Baptistae Gallicciolli apud Gallandium, vol. 5, p. 242—249; apud Mignium, *Patrol Gr.* vol. 65, col. 1141—1210.

Marcus^{gnost}: Marcus Gnosticus, in occidente degens post saeculum secundum medium; apud Irenaeum et Hippolytum.

Mare^{mon} vel Me^{mon}: Marcus, Aegyptius, monachus, floruit saeculo quarto exeunte; apud Frontonem-Ducaeam, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 869—984; et apud Gallandium, vol. 8, p. 1—104; de Marco vide ibidem p. III. IV.

de lege spir: de paradiso et lege spirituali (Par. 1624, vol. 1, p. 871—888.

de poenit: de poenitentia (Par. 1624, vol. 1, p. 907—917).

disput: disputatio cum quodam caussidico (ibid. p. 964—981).

Marcos vel Marcossii: sectatores Marci Gnostici; apud Irenaeum et Hippolytum.

- Matern: Iulius Firmicus Maternus, floruit fortasse anno circiter 340.
 prof relig: de errore profanarum religionum ad Constantium et
 Constantem Augustos; apud Iacobum Ouzel, *Minucii Felicis Octa-*
vius, Lugduni Batavorum a. 1652 (repet. a. 1672); cura Gronovii,
 Lugd. Bat. a. 1709; Gallandii, vol. 5, p. 21—39; Oehler, Lipsiae
 a. 1847; Mignii, *Patrol. Lat.* vol. 12, col. 971—1048; Conradi
 Bursian, Lipsiae a. 1856; Caroli Halm [*Corp. scr. eccl. Lat. II*],
 Vindobonae a. 1867, p. 73—137.
- Max *vel* Max Conf: Maximus Confessor, Constantinopolitanus, natus
 anno 580, primum imperatori a secretis, aliquando abbas, deinde
 exsul, mortuus est anno 662. Opera eius ediderunt Franciscus
 Combefis, Parisiis a. 1675, tomis duobus; Mignius, *Patrol. Gr.*
 voll. 90.91. Scholia eius in Dionysium Areopagitam insunt in
 editione Corderiana Dionysii.
 dial: dialogi quinque de saneta Trinitate.
 diff: de variis difficilibus locis ss. pp. Dionysii et Gregorii. Has
 quaestiones edidit Franciscus Oehler, Halis a. 1857 (*Anecdota*
Graeca, vol. 1).
 mystag: de ecclesiastica mystagogia sive liturgiae expositio; edita
 Augustae Vindelicorum a. 1599, et apud Frontonem-Ducaenum,
Bibliotheca veterum patrum, Parisiis a. 1624, vol. 2, p. 166
 —197.
 tri *vel* trin: *vide* dial
- Max ^{taur} *vel* Maxim: Maximus, Augustae Taurinorum episcopus, floruit
 anno 422.
 hom: homiliae editae Coloniae a. 1535 (editio princeps); Romae
 1564; in *Maxima bibliotheca veterum patrum*, Lugduni
 a. 1677, vol. 6, p. 1—49a; a Brunone Bruni, Romae 1784;
 a Gallandio, vol. 9, p. 347—395; a Mignio, *Patrol. Lat.* vol. 57.
- Maximin ^{arian} *vel* episc ^{aria}: *vide* Aug ^{cont} maxim
- Meell: Marcellus, Ancyrae in Galatia episcopus, floruit anno 330, mor-
 tuus est anno 372; apud Eus ^{mare}.
- Me ^{mon}: *vide* Marc ^{mon}
- Meion: *vide* Marc
- Meii *vel* Meos: *vide* Marcossii
- Melet: Meletius, gente Armenius, episcopus Sebastensis, anno 360 epi-
 scopus Antiochenus; sermo eius celeberrimus invenitur apud Epi-
 phanium, *Panarium*, 3, 1, haer. 73, cap. 29—33; apud Gallandium,
 vol. 5, p. 100—104.
- Melit: Melito, episcopus Sardensis, floruit anno 170. Fragmenta exstant
 apud Eusebium; *vide* etiam Gallandium, vol. 1, p. 677—679;
 Martinum Iosephum Routh, *Reliquiae sacrae*, ed. 2, Oxonii

a. 1846, vol. 1, p. 113—153 et I. C. T. Ottonem, *Corpus apologetarum christianorum saeculi secundi*, Ienae a. 1872, vol. 9, p. 374—478. Clavis a v. cl. Pitra in Spicilegio Solesmensi editus vel spurius vel misere interpolatus est.

Meth vel Method: Methodius Eubulius, episcopus Tyrius (vel, ut alii dicunt, episcopus Olympiae in Lycia), floruit anno 290, Origenis doctrinarum adversarius, coronam fidei anno 311 Chalcide in Graecia (? in Coele-Syria?) accepit. Cf v. cl. Vatroslavius Jagić, „Die neuesten Forschungen über die slavischen Apostel Cyrill und Methodius“ in actis *Archiv für slavische Philologie*, vol. 4, p. 97—128.

Opera eius edidit Combefisius, Parisiis a. 1644, in Amphiloehii operibus. Exstant praeterea apud Gallandium, quo Tischendorfius editore usus est, vol. 3, p. 663—832; apud Mignium, *Patrologia graeca*, vol. 18, ubi etiam fragmenta ex Epiphanio (unde *epiph*) et Photio (unde *phot*) inveniuntur; apud Albertum Iahn, Halis Saxonum a. 1865. Cf v. cl. Nathanael G. Bonwetsch, *Methodius von Olympos. I. Schriften*, Erlangae et Lipsiae a. 1891, qui e codicibus Palaeo-Slavonicis hausit.

conv vel conviv: convivium decem virginum sive de castimonia, apud Combefisium, *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, pars. 1, p. 64—162.

resurr: de resurrectione libri contra Origenem fragmenta.

sym et an: oratio de Symeone et Anna; negant nonnulli hanc Methodii esse.

virg vel virgg: *vide* conv.

Mich. Cerular.: Michael Cerularius, anno 1043 patriarcha Constantinopolitanus, mortuus est anno 1058. Apud Cotelerium, *Ecclesiae Graecae monumenta*, Parisiis anno 1681, vol. 2.

Monoimos: Monoimus Arabs, de quo vide *Hipp*^{phil}.

Montan^{episc}: Montanorum episcopus ex Eusebio citatus et in conlatione Carthaginiensi.

Mutianus: Mutianus Scholasticus, floruit anno circiter 550, homilias triginta quattuor Chrysostomi Latine vertit.

N.

Naas vel Naass: Naasseni, id est serpentis cultores qui etiam se Gnosticos nominant; apud Hippolytum, vide *Hipp*^{phil} cuius paginae ad nomen adpositae sunt.

Naz: Gregorius, episcopus Nazianzenus inde ab anno circiter 370, mortuus est anno 389. Opera edidit Morellius, Parisiis a. 1609.1630.

amor paup: oratio de pauperum amore.

apol *vel* apolog: apologeticus de fuga sua.

eunom: de theologia orationes quinque contra Eunomianos et Macedonianos.

pentecost: oratio in s. pentecosten.

Naz *vel* Nazar^{ev}: Nazaraeorum evangelium; erant Nazaraei secta Iudaeo-Christiana saeculo secundo ineunte quae evangelium unicum „Matthaei“ vel „Hebraeorum“ agnovit; fragmentum apud Hieronymum, vide *Hier. esai*; cf v. cl. Adolphus Hilgenfeld, *Evangeliorum secundum Hebraeos* etc [*Novum Testamentum extra canonem receptum*], ed. 2, Lipsiae a. 1884, fase. ult. p. 14.

Nestor: Nestorius, Syrus, presbyter Antiochenus, inde ab anno 428 episcopus Constantinopolitanus, sede pulsus in exilio mortuus est. Opera apud Cyrillum, et apud Marium Mercatorem (ed. Garner.).

Niceph: Nicephorus, patriarcha Constantinopolitanus creatus anno 806, imaginum cultum defendens anno 815 sede pulsus, inde confessor dictus, supremum diem obiit anno 828. Mignius, *Patr. Gr.* vol. 100, col. 9—1068; — Maius *Nov. patr. bibl.* vol. 5 (1849).

chronog. breviar.: chronographiae breviarium, apud Georg. Synellum, Bonnae a. 1829, vol. 1, p. 735—788; — *MPG*, vol. 100, col. 995—1060.

Nicet^{heracl}: Nicetas Serron Serrarum primo in Macedonia episcopus, deinde metropolita Heracleae Ponti in Thracia, floruit saeculo undecimo, scripsit commentarium in Nazianzeni orationes et composuit catenas pluras. Cf Maius, *Nova patr. bibl.* vol. 4.

Nicon: Nicon, Armenius, monachus, claruit anno circiter 961, mortuus est anno circiter 998, scripsit librum de impia pessimorum Armeniorum religione; apud I. B. Cotelerium, *Patrum . . . apostolicorum opera*, Antverpiae a. 1698, vol. 1, p. 235—236, et in „appendice prima monumentorum ad constitutiones apostolicas“; apud Gallandium, vol. 3, p. 249—251.

Nilus: Nilus Asceta, praefectus Constantinopolitanus, postea monachus Sinaiticus, in vivis erat anno 430. Apud Mign., *Patrol. Gr.* vol. 79.

Nomn: Nomnus Panopolitanus floruit anno circiter 410, scripsit paraphrasim evangelii Ioannis. Prodiit cura Erhardi Hedeneccii, Basileae a. 1571; Friderici Sylburgi, Heidelbergae a. 1596; Mignii, *Patrol. Gr.* vol. 43, col. 615—1284; Augustini Scheindler, Lipsiae a. 1881. Tischendorfius usus est editione Francisci Passow, Lipsiae a. 1834.

Nov *vel* Novat: Novatianus, presbyter Romanus, anno 252 episcopus schismaticus factus, sectam Catharorum condidit. Apud Gallandium, vol. 3, p. 285—323; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 3.

tri *cel* trin: liber de trinitate, anno circiter 257 scriptus.

Nyss: Gregorius, inde ab anno circiter 370 episcopus Nyssensis. Opera ediderunt Fronto-Ducaeus, Parisiis a. 1615 (appendicem addidit Iacobus Gretser, Parisiis a. 1618 et denuo prodiit a. 1638 editio haec); Gallandius, vol. 6, p. 515—716; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 44—46; Franciscus Oehler, Halis Saxonum a. 1865. Tischendorfius usus est editione Gretseriana et iis quae Maius dat *Nova patrum bibliotheca*, vol. 3, p. 1—39.

adv ari: sermo adversus Arium et Sabellium, apud Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae vol. 8 (a. 1833), (append.) p. 1—9; contra Macedonianos, p. 10—25, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1847, vol. 4, p. 1—15; alia Gregoriana usque ad p. 53.

anim et res: de anima et resurrectione dialogus; apud Io. Chph. Wolfium, *Anecdota Graeca*, Hamburgi a. 1722, vol. 2, p. 274—348, et vol. 3 (1723), p. 1—47; apud Iohannem Georgium Krabinger, Lipsiae a. 1837.

antirrh: antirrheticus adversus Apollinarem; apud Gallandium, vol. 6, p. 517—577.

cant: in Cantica Canticorum explanatio.

cecles: in Ecclesiastem conciones octo.

euno *vel* eunom: contra Eunomium libri tredecim.

orat II. in Gen 1.38: oratio catechetica.

orat de virg: oratio de virginitate vera et corrupta.

orat dom: de oratione dominica homiliae quinque.

resurr: *vide* anim et res.

steph: oratio in S. Stephanum protomartyrem.

O.

Oec *vel* Oecnm: Oecumenius Triccae in Thessalia episcopus, incertae aetatis, fortasse saeculi decimi exentis, consarcinavit explanationem in Novum Testamentum ex scriptis patrum inde a Papia usque ad Aretam; exstant enarrationes in Aeta apostolorum, in epistulas Pauli omnes, in omnes canonicas. Has edidit Donatus, Veronae a. 1532, fol., repetita a. 1562. Prodiere etiam Parisiis a. 1631, fol.; apud Mignium, *Patrologia Graeca*, vol. 118, col. 9—1332, vol. 119, col. 9—722.

Olympiodor: Olympiodorus, diaconus Alexandrinus, floruit fortasse anno circiter 501, scripsit inter alia commentarium brevem in Ecclesiastem; apud Frontonem Ducaenum, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 2, p. 602—680.

Op: opus imperfectum in Matthaeum, olim Chrysostomo falso adscriptum, scriptori Ariano ut videtur tribuendum; Latine tantum exstat, utrum autem Latine an Graece scriptum sit ambigitur.

Optat: Optatus, Afer, episcopus Milevitanus, floruit anno circiter 368. Ediderunt Iohannes Cochlaeus, Moguntiae anno 1549, Franciscus Balduin, Parisiis a. 1563, et denuo a. 1569, Ludovicus Ellies Dupin, Parisiis a. 1700, et denuo Amstelodami a. 1701, et tertio Antverpiae a. 1702. Apud Gallandium, vol. 5, p. 459—509 [603]; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 11, col. 759—1506. Edidit v. el. Carolus Ziwsa [*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum XXVI*], Vindobonae a. 1893.

donat *vel* cont donat: de schismate Donatistarum adversus Parmenianum sectae Donatisticae Carthagine episcopum, libri septem.

Or: Origenes, Alexandriae anno 186 natus, scholae catecheticae Alexandriae antistes iam anno 203, Romam, Arabiam, Palaestinam invisit, anno 231 ex schola expulsus Caesareae scholam condidit, multa in vinculis propter fidem passus denique supremum diem anno 254 Tyri obiit. Opera eius ediderunt Carolus Delarue, Parisiis a. 1733—1749, tomis quattuor (iterum typis recusa Wirceburgi a. 1780—1787 tomis duodecim); Carolus Henricus Eduardus Lommatzsch, Berolini a. 1831—1848, tomis viginti quinque; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 11—17 (Mignius fragmenta multa praebet quae in prioribus editionibus desunt). Cf etiam Iohannes Baptista Pitra, *Analecta sacra*.

cant: commentarius in Cantica Canticorum; Latine exstat, sed etiam fragmenta Graeca supersunt.

contr cels: contra Celsum libri octo. Ediderunt David Hoesehel Augustae Vindelicorum a. 1605; Guilelmus Spencer, Cantabrigiae a. 1677.

ezech: in Ezechielem tomis 25 homiliarum Latine versarum; fragmenta Graeca supersunt.

huet: Petrus Daniel Huetius Origenis commentarios in ss. scripturas edidit Rotomagi a. 1668, Parisiis a. 1679.

int: interpretatio Latina quae nunc Hieronymi est, nunc Ruffini, nunc ex ignoto quodam sed vetere commentarii in Matthaeum interprete.

iob: in Iobum homiliae. Lc: commentarius in Lucam.

Mt: commentarius in Matthaeum.

not: notitia Tischendorfiana.

phil *vel* philoc *vel* philocal: Philocalia, ex Origenis scriptis a Gregorio et Basilio excerpta facta. Cf v. el. Paulus Köttschau,

Die Textüberlieferung der Bücher des Origenes gegen Celsus in den Handschriften dieses Werkes und der Philokalia [Gebhardt, et Harnack. *Texte und Untersuchungen*. VI, 1], Lipsiae a. 1889 [1891], et v. cl. I. Armitage Robinsonus, *The Philocalia of Origen. The text revised with a critical introduction and indices*, Cantabrigiae a. 1893.

prinç *vel* de prinç: *περὶ ἀσζῶν* libri quattuor anno 233 scripti. Praeter fragmenta Latine tantum exstat.

prov *vel* proverb: fragmenta in Proverbia Salomonis, apud Tischendorffium, *Notitia editionis codicis bibliorum Sinaitici*, Lipsiae a. 1860. p. 74—122, et apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1854, vol. 7, part. 1, p. 1—56.

Oros: Paulus Orosius, Hispanus, presbyter Tarraconensis, floruit anno 416. Opera edidit Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 31, col. 635—1216; v. cl. Carolus Zangemeister, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum*, I, Vindobonae a. 1882.

contr pelag *vel* pelag: apologeticus contra Pelagianos de arbitrii libertate; in *Magna bibliotheca patrum*, Coloniae Agrippinae a. 1622, vol. 15, p. 144—156.

Orsies: Oresiesis, monachus Tabbennensis, floruit anno 344; de Oresiesi vide Basnagium in libro Canisii, *Lectiones antiquae*, Antverpiae a. 1725, p. 163—167, in primis 166. Apud Gallandium, vol. 5, p. 40—51; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 40, col. 867—896 et vol. 103, col. 451—476.

Orthod^{us}: *vide* Ps-Iust.

P.

Pacian: Pacianus, Hispanus, episcopus Barcelonensis floruit anno circiter 370. Apud Gallandium, vol. 7, p. 255—276; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 13, col. 1051—1094.

ep: epistulae tres ad Sympronianum Novatianum.

paraen: paraenesis sive exhortatorius libellus ad paenitentiam.

serm bapt: sermo de baptismo.

Pallad: Palladius, Galata, natus anno 368, aliquamdiu fortasse Helenopoli in Bithynia episcopus, qui multas visit terras, dialogum de vita et conversatione Ioannis Chrysostomi scripsit, cf Montefalconii et aliorum editiones operum Chrysostomi; apud Gallandium, vol. 8, p. 257—330.

hist laus: historia Lausiaca seu de sanctorum patrum vitis ad Lausum cubiculi praefectum, anno circiter 421 scripta; apud Cotelierium, *Monumenta ecclesiae Graecae*, Parisiis a. 1686.

vol. 3, p. 158; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 34, col. 991—1278.

Pamp *vel* **pamphil**: Pamphilus, Phoenix, presbyter Caesareae et bibliothecae Caesareensis conditor, floruit anno 294, martyrii coronam anno 309 accepit. Apud Gallandium, vol. 4, p. 1—48. Cf etiam editiones operum Origenis.

apol: apologetici pro Origine libri quinque Latine tantum servati. de actis: expositio capitum Actuum apostolorum, apud Montefalconium, *Bibliotheca Coisliniana*, Parisiis a. 1715, p. 78-82.

lat: interpretatio Latina.

pass: acta passionis Pamphili; apud Gallandium, vol. 4, p. 41—47; vide Curetonium, *History of the martyrs in Palestine*, Londini a. 1861, p. 36—45.

Papias: Papias Hierapoleos Phrygiae episcopus, Polycarpi amicus, mortuus est anno 163. Adductus est ex Eusebio. Ad Act 1, 18 citatur Papias ex Theophylacto in Acta apostolorum; vide Gallandium, vol. 1, p. 318, 319; Routhium, *Reliquiae sacrae*, Oxonii, ed. 2, vol. 1 (a. 1846), p. 1—44; Gebhardt. Harnack, *Zahn. Patrum apostolicorum opera*, fasc. 1, Lipsiae a. 1875, p. 180—196. Quae sub Papias nomine Latine scripta sunt posteriorem Papiam, ipsum quoque Hieropolitanum, auctorem habent, grammaticum non ineruditum, ortu Lombardum, qui saeculo undecimo vocabularium vel elementarium scripsit.

Paul Sam *vel* **samos**: Paulus Samosatenus, inde ab anno 260 episcopus Antiochenus, ob doctrinam haereticam sede pulsus.

Paulin: Pontius Paulinus Meropius, Burgidalaе in Gallia natus anno 353, Ausonii discipulus, posthac Romae senator, anno 391 baptizatus, anno 393 presbyter factus, postea nescio quo anno Nolae in Campania (unde Nolanus) episcopus, mortuus est anno 431. Opera eius prodierunt cum notis Frontonis Ducaei et Heriberti Rosweydi, Antverpiae a. 1622; cura Iohannis Baptistae le Brun, Parisiis a. 1685; apud Mign., *Patrol. Lat.* vol. 61, col. 11-936.

ep ad Sever: epistula ad Severum Sulpicium.

Paulin *vel* **Paulin** ^{ambr}: Paulinus Ambrosii diaconus et notarius floruit anno 420, vitam Ambrosii scripsit; apud Gallandium, vol. 9, p. 21—31 [42]; in Ambrosii operum editione Benedictina, vol. 2, append. col. 1—XIV.

Pel *vel* **Pelag**: Pelagius, Britannus, aliquando abbas Banachorensis, Romam saeculo quinto ineunte visit, anno 405 haeresim novam disseminare coepit, anno 408 in Siciliam, anno 411 Hipponem, posthac in Aegyptum, Palaestinam venit; ubi et quando mortuus sit, latet. Cf Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 69.

- com: commentarii vel expositionis in epistulas Paulinas libri quattuordecim misere mutilati sub Hieronymi nomine inter Hieronymi opera editi sunt.
- demetri *vel* demetriad: epistula ad Demetriadem de virginitate. Edidit Iohannes Salomon Semler, Halae Magdeburg. a. 1785.
- Perat: Peratae, secta Christiana astrologica ab Hippolyto in libro quinto *Refutationis omnium haeresium* commemorata (unde *hipp*); vide Hipp^{phil} et paginas in illo libro adatas.
- Petr *vel* Petr^{al} *vel* alex: Petrus, inde ab anno 300 episcopus Alexandrinus, sacram martyrii coronam anno 311 accepit; apud Gallandium, vol. 4, p. 89—113; apud Routhium, vol. 4, p. 19—82; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 18, col. 451—522.
- edd bohl monac: vide Routhium, vol. 4, p. 70.
- can: canones quattuordecim qui supersunt ex libro de paenitentia.
- Petrus Iunior: Petrus, natus Callinici Mesopotamiae, inde ab anno 578 patriarcha Monophysitarum Antiochiae, obiit anno 591; vide Assemanum, vol. 2, p. 69a—82b.
- Phil^{carp}: Philo, incerti ortus, Romae ut videtur diaconus, Carpsasiae in Cypro ab Epiphania episcopus ordinatus est anno circiter 404, scripsit enarrationem in Cantica Cantecorum. Apud Michaellem Angelum Giacomellum, Romae a. 1772; apud Gallandium, vol. 9, append. p. 713—769; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 40, col. 9—154.
- Philast *vel* Philastr: Philastrius seu Philaster, fortasse Italus, post multas terras visas Brixiae episcopus constitutus, floruit a. 380.
- haer: liber de haeresibus; apud Iohannem Albertum Fabricium, Hamburgi a. 1721; apud Gallandium, vol. 7, p. 475—521; apud Oehlerum, *Corpus haeresologicum*, Berolini a. 1856, vol. 1, p. 1—185; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 12, col. 1049—1310.
- Phileas: Phileas, Aegyptius, episcopus Thmuitanus, fidei coronam anno 311 accepit, scripsit epistolam ad Thmuitas. Exstat apud Eusebium, apud Gallandium, vol. 4, p. 65—66; apud Routhium, vol. 4, p. 83—111.
- Philocalia: *vide* Or^{phil}
- Philopon: Ioannes Philoponus, grammaticus Alexandrinus, sectae haereticae Tritheitarum auctor, floruit anno 601, scripsit de mundi creatione libros septem et disputationem de paschate; apud Balthasarem Corderium, Viennae Austriae a. 1630, et ex eo apud Gallandium, vol. 12, p. 471—622.
- Phoebad: Phoebadius sive Phoegadius, Gallus, Agenni in Aquitania secunda episcopus, floruit anno 359, in vivis erat anno 392.

Laudat Sabatarius ea quae Phoebadius citat „non ex memoria ab auctore prolata, sed attente excerpta ab ipsis litterarum paginis, studioseque descripta“.

contr Arian: liber contra Arianos; apud Casparum Barth, Francofurti a. 1623; apud Gallandium, vol. 5, p. 250—266; apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 20, col. 9—30(50).

Phot: Photius, inde ab anno 858 patriarcha Constantinopolitanus, exsul intra annos 869 et 878, sedem eandem iterum tenuit, sed anno 886 denuo pulsus, brevi tempore post, ut videtur, obiit. Apud Mignium, *Patrologia Graeca*, vol. 101—104.

amphil *vel* amphiloeh qu: Amphiloehia sive in sacras litteras et quaestiones et diatribae ad Amphiloehium sanctissimum Cyzici metropolitam, qui variarum quaestionum solutionem ad trecentarum usque numerum tempore tentationum flagitavit; vide Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1825, vol. 1, p. 193—361 et vol. 9, p. 1—158; apud Mignium, vol. 101, col. 1—1190 et 1277—1296. Quaedam primus edidit Iohannes Christophorus Wolfius, ad calcem *Curarum philologicarum et criticarum in epp. Cath. et Apoc.*, ed. 2, Hamburgi 1741, p. 651—815.

cat: in catenis; fragmenta exstant etiam apud Mignium, vol. 101, col. 1189—1254.

ep: epistularum libri tres, apud Mignium, vol. 102, col. 585—1024.

ep ad Thedorum: apud Mignium est Amphil^{quest} 219, vol. 101, col. 992.

mani *vel* manich: narrationis de Manichaeis recens repullulantibus libri quattuor. Apud Montefalconium, *Bibliotheca Coisliniana*, Parisiis a. 1715, p. 349—375; apud Mignium, vol. 102, col. 9—264; apud Io. Chph. Wolfium, *Anecdota Graeca*, Hamburgi a. 1722, vol. 1, p. 1—216, vol. 2, p. 1—285.

Photii bibliotheca quae tam multa fragmenta ex scriptis virorum antiquorum praebet, invenitur apud Mignium, vol. 103, col. 9—1596, vol. 104, col. 9—430.

Pist *vel* Pist Soph: Pistis Sophia, liber Copticus dialecti Sabidicae (unde *sab*) ex schola Valentiniana saeculi tertii, textus „Marcosianus mixtus serior“ Codex erat Antonii Askew (unde *sab*^{askew}), nunc est Londinii in Museo Britannico. Exscripsit codicem Mauritius Gotthilf Schwartz, edidit I. H. Petermannus Berolini a. 1853; cf. v. cl. Adolphus Harnack, *Texte und Untersuchungen VII, 2*, Lipsiae a. 1891 [1892], p. 1—114.

Polyc: Polycarpus Smyrnensis, mortuus est anno 155 vel 166. Apud Cotelarium, *Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt opera*, (Parisiis a. 1672) ed. Clericus, Antverpiae a. 1698, vol. 2, p. 182—204; Dresselium, *Patrum apostolicorum opera*, ed. 2, Lipsiae a. 1863, quem Tischendorfius in testimonium vocat; — hodie apud Zahnium (Gebhardt. Harnack. Zahn.), *Patrum apostolicorum opera*, fasc. 2, Lipsiae a. 1876, p. 101—172; et apud Iosephum Barber Lightfoot, ed. 2, Londinii a. 1889.

phil: epistula ad Philippenses, brevi post annum 116 scripta.

mart *vel* martyr: martyrium Polycarpi sive epistula ad Smyrnensem ecclesiam de martyrio Polycarpi.

Polye: Polyerates Ephesiorum episcopus floruit anno 196, scripsit epistulam ad Victorem ac Romanam ecclesiam; fragmenta exstant apud Eusebium. Apud Gallandium, vol. 2, p. 160—162; apud Martium Iosephum Routh, *Reliquiae sacrae*, Oxonii, ed. 2, vol. 2 (a. 1846), p. 9—36.

Porph *vel* Porphy: Porphyrius, Tyrius, philosophus, floruit post medium saeculum tertium, scripsit libros quindecim contra Christianos, qui iamdudum perierunt; vide ad Mt 13,35 verba ex Hieronymi breviario in Psalmum 77. Cf v. cl. Wagenmannus, „Porphyrius und die Fragmente eines Ungenannten in der athenischen Makariushandschrift“ in actis *Jahrbücher für Deutsche Theologie*, Gothae a. 1878, vol. 23, p. 269—314.

Possidius: *vel* Possidonius, Afer, Calamae episcopus, floruit anno 430, scripsit Augustini familiaris sui vitam et indiculum scriptorum Augustini. Cf editiones operum Augustini.

Praedestin: Praedestinaatus, liber quinto aut sexto saeculo ab incerto auctore ut videtur Gallicano scriptus, a Tischendorffio, in prolegomenis ad editionem septimam Novi Testamenti Graeci, p. CC—LXVIII, Vincentio Lerinensi, a Guerickio, *Handbuch der Kirchengeschichte*, ed. 6, Lipsiae a. 1846, vol. 1, p. 461, Arnobio minori (anno circiter 461), a Cavo Primasio, qui anno 550 floruit, adscriptus. Editus est a Iacobo Sirmondo, Parisiis anno 1643, a Gallandio, vol. 10, p. 357—399; a Mignio, *Patrologia Latina*, vol. 53, coll. 583—692; liber primus de haeresibus etiam a Francisco Oehler, *Corpus haeseologicum*, Berolini a. 1856, vol. 1, p. 227-268.

Praedicat. Petri: praedicatio Petri, liber apocryphus saeculi secundi, quem Clemens Alexandrinus et alii laudant. Cf v. cl. Adolphus Hilgenfeld, *Norum Testamentum extra canonem receptum*, ed. 2, Lipsiae a. 1884, fasc. 4, p. 51—65.

Prim *vel* Primas: Primasius, Afer, Adrumeti episcopus, floruit saeculo sexto medio.

apoc: commentaria mysticae expositionis in Apocalypsim ad Castorium. Librum Primasii ediderunt Winterus Basileae a. 1544 (*Bibl. max. patr.* vol. 10 secutus est editionem Parisinam e codice mutilo); Mignius, *Patrol. Lat.* vol. 68, col. 407—936. Novissime et optime edidit v. cl. Haussleiter, *Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons. II*, Erlangae et Lipsiae a. 1891, p. 1—224. Alium esse auctorem commentariorum in epistulas Paulinas qui sub Primasii nomine feruntur certissimum est.

Priscillianus: cf supra, p. 1151.

Procl: Proclus, inde ab anno 434 episcopus Constantinopolitanus, supremum diem obiit anno 446; in libro *Antidotum contra diversas . . . haereses*, Basileae a. 1528, fol. 176a—181a; apud Frontonem Ducaem, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 309 [falso 289 impressum]—318; apud Gallandium vol. 9, p. 601—704.

Proc *vel* Procop: Procopius, Gazaicus, sophista, floruit anno circiter 520. esa *vel* esai: antiquorum in Esaïam prophetam commentariorum epitome a Carterio e codice valde mutilo edita.

Prom *vel* Promiss: liber incerti auctoris de promissionibus et praedictionibus Dei, olim Prospero Aquitano ad tributus, anno circiter 453 scriptus, partes quinque complectens; apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 51, col. 729—858, ubi col. 729—734 acute de auctore disputatur.

dim temp: dimidium temporis ad cuius finem implendae sunt visiones in scripturis sanctis factae de Antichristo: est pars quarta libri de promissionibus.

glor: de gloria regnoque sanctorum; est pars quinta eiusdem libri.

Prosp: Prosperus Aquitanus, laicus Pelagianorum et Semipelagianorum impugnator, floruit saeculo quinto, obiit anno circiter 455. Opera prodierunt Parisiis a. 1671; Bassani a. 1782; apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 51.

Prud: Aurelius Prudentius Clemens, Hispanus, poeta Christianus, natus anno 348, mortuus est fortasse anno circiter 410. Opera eius prodierunt Venetiis a. 1501; cura Fausti Arevali, Romae aa. 1788.1789, tomis duobus; apud Gallandium, vol. 8, p. 433—542; apud Mignium, *Patrologia Latina*, Parisiis a. 1847, vol. 59, col. 567—1078 et vol. 60, col. 1—596. Carmina edidit Albertus Dressel, Lipsiae a. 1860.

Ps-Ath *vel* Pseudo-Ath: opera Athanasio falso adscripta; in Athanasii operum editione Benedictina, Parisiis a. 1689, vol. 2; cuius voluminis paginas ad titulos singulos adposuimus.

- castor: epistulae duae ad Castorem; nihil continent nisi Cassiani instituta Graece versa (p. 365—386; ed. Patav. vol. 2, p. 309—329).
- cont sabell: de aeterna filii et spiritus sancti cum Deo existentia et contra Sabellianos. Opus ex homilia vicesima septima Basili (p. 36—48; ed. Patav. vol. 2, p. 28—37).
- dial trin: de sancta Trinitate dialogi quinque, ab aliis Maximo monacho, qui anno 645 floruit, ab aliis Theodoreto, qui floruit anno 423, adscripti (p. 471—539; ed. Patav. vol. 2, p. 406—473).
- dispu: disputationis cum Ario coram Probo iudice, libri duo. Opus hoc Latinum est Vigilii Tapsensis (p. 631—642; ed. Patav. vol. 2, p. 561—696; et in operibus Vigilii apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 62, col. 155—180).
- int: interpretatio Latina.
- lat: Pseudo-Athanasiana Latine scripta vel solum Latine exstantia.
- maced: liber forma dialogi conscriptus, in quo colloquuntur Orthodoxus et Macedonianus Pneumatomachus (p. 540—557 [560]; de auctore, num Theodoretus sit, vide p. 540); *vide etiam dial trin et Thdr dial*.
- occurr dom: sermo in occursum Domini, post Nestorii tempora scriptus (p. 415—426; ed. Patav. vol. 2, p. 355—365).
- pass *vel* pass dom: in passionem et crucem Domini (p. 80—110; ed. Patav. vol. 2, p. 61—84).
- quaest *vel* quaest antioch *vel* ad antioch: ad Antiochum principem, de multis et necessariis quaestionibus in divina scriptura controversis, quas nemo Christianus ignorare debet (p. 268—306; ed. Patav., vol. 2, p. 217—253). Nescio an Tischendorfius siglo *Quaest* alios ex multis libris Pseudo-Athanasianis „de quaestionibus“ indicaverit.
- serm cont omn haer: sermo contra omnes haereses (p. 230—238; ed. Patav. vol. 2, p. 181—189).
- synops: synopsis sacrae scripturae. Opus vetus elegans (p. 124—204; ed. Patav., vol. 2, p. 95—156).
- tri *vel* trin *vel* de trin ad Theophil: de Trinitate (p. 601—609, vide p. 602; ed. Patav. vol. 2, p. 530—550).
- s. trin: *vide dial trin*.
- virg: de virginitate sive de asceti (p. 110—124; ed. Patav. vol. 2, p. 84—95).
- Ps-Aug: Pseudo-Augustinus; est expositio in Apocalypsim, in Augustini operum editione Benedictina, Antverpiae a. 1700. tom. 3, part. 2, append. p. 143a.

- Ps-Bas: Pseudo-Basilii; in Basilii operibus (vide *Bas*) vol. 1 append. et vol. 2 append.
 bapt *vel* auct de bapt: de baptismo libri duo; apud Basilium, vol. 2 append., p. 624—673, vol. 2 append. Liber non videtur Basilii esse, quod monstravit Garnerius in praefatione ad volumen hoc § 12, p. LXXVII—LXXXV, in ed. Parisina alt. a. 1839 a Gaumio curata, p. LXXX—LXXXVIII. Ad Mt 5,22 citat Tischendorfius librum et quaestionem (2,5), non ut alibi voluminis paginam.
- Ps-Chr: Pseudo-Chrysostomus; in Chrysostomi operibus (vide *Chr*).
 pseudopr: de pseudoprophetis, ex editione Saviliana.
- Ps-Clem: vide Clem (2)
- Pseudo-Cyprianus: cf v. cl. C. Wundererus, *Bruchstücke einer afrikanischen Bibelübersetzung in der pseudocyprianischen Schrift* Exhortatio de paenitentia *neu bearbeitet* [Programma regii Baiuvarici litterarum instituti („Studienanstalt“). Progr. 1889. No. 811], Erlangae a. 1889.
- Pseudo-Cyr: Pseudo-Cyrillus.
 trin: de trinitate, apud Mignium.
- Ps-Dion^{ar}: vide *Dion*^{areop}
- Ps-Hier: auctor prologi galeati in epistulas catholicas, qui prologus multis versionis Novi Testamenti Hieronymianae eodicebus praep.
- Ps-Hipp: Pseudo-Hippolytus. fixus est.
 de antichrist: vide *Hipp*; tractatus est genuinus.
 consumm mundi: oratio de consummatione mundi et Antichristo et secundo Domini adventu; apud Lagardium (vide *Hipp*) p. 92—123.
- Ps-Iust *vel* Ps-Iusti: Pseudo-Iustinus; de editionibus vide *Iust*.
 expos: expositio reetae fidei (O. 3,1).
 fid: vide *expos*
 qu: nescio an Tischendorfius citet quaestiones Christianae ad Gentiles (O. 3,2), et quaestiones Gentiles ad Christianos (O. 3,2); vide *resp*.
 rect fid: vide *expos*
 resp orthod: responsiones ad orthodoxos de quibusdam necessariis quaestionibus (O. 3,2).
 zen *vel* zen et ser: epistula ad Zenam et Serenum (O. 3,2).
- Ps-Nyss: Pseudo-Gregorius (Nyssenus).
 resurr: de anima et resurrectione dialogus anno circiter 378 scriptus.
- Ps-Theodul: Pseudo-Theodulus (fuit Theodulus presbyter sive episcopus in Coele-Syria, qui anno 492 mortuus est. Falso Theodulo

adscripta est catena quaedam in epistolam ad Romanos, quae invenitur apud Grynaeum, *Orthodoxographa sanctorum patrum monumenta*, Basileae a. 1569.

Ps-Tit: Pseudo-Titus (Bostrensis); vide Tit

Psellus: Michael Psellus, Constantinopolitanus, floruit saeculo undecimo medio. Inter libros multos scripsit carmina et commentarium vel catenam in Cantica, capita de trinitate, adnotationes in Gregorium Nazianzenum.

Ptol: Ptolemaeus, Gnosticus Valentinianus, floruit post medium saeculum secundum; apud Irenaeum et apud Epiphanium (unde *epiph*), *Panaria*, haer. XXXIII. (XIII).

flor: epistula ad Floram.

Q.

Quaest: quaestiones Veteris et Novi Testamenti, opus Latinum saeculi quarti, fortasse a Faustino presbytero Romano scriptum, cf v. cl. Iosephus Langen, ut supra, sub voce Ambrst.; in Augustini operum editione Benedictina, Antverpiae a. 1700, vol. 3, pars. 2, append. col. 29 ss. Ad Io 3,31 qu. 91 est ex Novo Testamento, col. 67 c; ad Apoc 2,13 qu. 102 ex utroque mixto, col. 81 a.

Quaest ^{antioch}: vide *Pseudo-Ath* ^{quaest}

Quaest ^{orthod}: vide *Pseudo-Iust* ^{resp orthod}

Quartodecimani: ecclesia in Asia Minore, quae dixit Christum cenam Domini die quarto decimo mensis Nisan habuisse; apud Hippolytum, vide *Hipp* ^{phil}.

R.

Raban: Rabanus Maurus, Francus, natus anno 785, anno 822 abbas Fuldensis, anno 847 episcopus Moguntinus factus, supremum diem obiit anno 856. Opera ediderunt Iacobus Pamelius, Coloniae Agrippinae a. 1628, voll. 6; Mignius, *Patrol. Lat.* voll. 107—112.

Rebapt: auctor libri de rebaptismate, opus Latinum saeculi quarti inter Cypriani opera editum; apud Gallandium, vol. 3, p. 362—370. Cf v. cl. Hartel, [Cypriani Opera] *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. III.3*, Vindobonae a. 1871, p. 69—92.

Recogn ^{clerm}: vide *Clem* (2)

Resp ^{orth vel orthod}: vide *Pseudo-Iust*

Ruf *vel* Rufin: Rufinus Toranius, Italus, presbyter Aquileiensis posthaec monachus annos plusquam viginti, fortasse inde ab anno 371 usque ad annum 397 in Oriente degens, obiit anno circiter 410. Multa scripsit, multosque Graecorum patrum libros Latine vertit,

exempli gratia librum Origenis *περὶ ἐρῶν* multosque Origenis commentarios, Basili regulam monasticam octoque homilias, opera decem Gregorii Nazianzeni, Sixti vel Xysti sententias, Evagrii sententias librumque ad virgines, Clementinas recognitiones, Pamphili Eusebii apologiam pro Origene, Anatolii Alexandrini canonem paschalem, Eusebii historiam ecclesiasticam. Cf v. el. Guilelmus Henriens Fremantle, apud Smithium et Wacium, *A dictionary of Christian biography*, vol. 4, Londinii a. 1887, p. 555—561. Versio historiae ecclesiasticae Eusebianae prodiit cura Petri Thomae Cacciari, Romae a. 1740. Apud Mignium, *Patrol. Lat.* vol. 21.

bened patr: de benedictione Iudae et reliquorum undecim patriarcharum, libri duo ad Paulinum Nolanum; apud Grynaeum, *Monumenta sanctorum patrum orthodoxographa*, Basileae a. 1569, pars 2, p. 1066.

exp symb: vide *symb.*

praefatio ad Macarium in Apologeticum sancti Pamphili Martyris pro Origene; apud Gallandium, vol. 4, p. 7.

symb *vel* exp symb: expositio symboli ad Laurentium episcopum; inter Cypriani opera, Oxonii a. 1682 (paginarum series quarta); Venetiis a. 1728.

Rup: Rupertus, monachus, floruit anno 1111, abbas Tuitensis eoenobii prope Coloniam Agrippinam creatus est, supremum diem anno 1135 obiit. Opera prodierunt Moguntiae a. 1631, voll. 2; Venetiis a. 1748—1751, voll. 4; apud Mignium, *Patrol. Lat.* voll. 167—170. Inter alia multa scripsit commentariorum in Apocalypsim libros duodecim; prodierunt Noribergae a. 1526.

S.

Salomo Bassorensis: Shelemon e Khilāt vel Akhlāt ad lacum Van claruit circa annum 1222. Cf Guilelmus Wright (ut supra, p. 807, adn. 1), p. 855 a. Liber eius analectorum partim theologiarum partim historicorum „Apis“ dictus est. Cf Assemanus, *Bibliotheca orientalis*, vol. 8, pars 1, p. 309—324. Syriacum Arabicumque textum Latine vertit, notis illustravit v. el. I. M. Schönfelderus, Bambergae a. 1866. V. el. E. A. W. Budgius edidit Syriace et Anglice Oxonii a. 1886.

Salv *vel* Salvi: Salvianus, Gallus, floruit inde ab anno 440, presbyter Massiliensis factus, mortuus est fortasse saeculo quinto exeunte. Opera eius prodierunt apud Conradum Rittershusium, Altdorfiae a. 1611, denuo Norimbergae a. 1623; apud Stephanum Baluzium

(ed. 3), Parisiis a. 1684; Breae a. 1688; apud Gallandium, vol. 10, p. 1—102; apud Mignium, *Patrologia Latina*, vol. 53, col. 9—238; apud Carolum Halm [*Monumenta Germaniae historica*], Berolini a. 1877; apud Franciscum Pauly, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum*, VIII, Vindob. a. 1883.

avarit: adversus avaritiam praesertim clericorum et sacerdotum libri quattuor, ad Salonium episcopum.

Sedul: Sedulius (non Caelius Sedulius, poeta Christianus, qui saeculo quinto floruit) quidam incertae aetatis cui debetur commentarius in epistulas S. Pauli ex patrum scriptis maximam partem collectus. Fortasse idem est ac Sedulius ille Scotus qui anno circiter 818 floruisse dicitur.

ro: in epistulam ad Romanos.

Senior: seniores sive presbyteri apud Irenaeum.

Serap: Serapion, Aegyptius, monachus, posthac episcopus Thmuitanus, floruit anno 347, mortuus est anno circiter 358; apud Canisium, *Lectiones antiquae*, ed. Basnag. Antverpiae a. 1725, vol. 1, p. 35—55; apud Gallandium, vol. 5, p. 52—62.

manich: liber contra Manichaeos.

Sethiani: secta Gnostica Antiudaica saeculi ut videtur secundi; apud Hippolytum (unde *hipp*).

Severn: Severianus, Syrus, Gabalorum episcopus, floruit anno circiter 401. Constantinopoli degens, primo Chrysostomi amicus, posthac adversarius acerbus; scripta eius partim inter Chrysostomi opera edita sunt; laudatur etiam in catenis. Iohannes Baptista Aucher homilias eius primus edidit ex antiqua versione Armeniaca in Latinum sermonem translatis, Venetiis a. 1827. Apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 65, col. 9—30.

creat mund: de creatione mundi orationes sex apud Combesium, *Bibliothecae Graecorum patrum auctuarium novissimum*, Parisiis a. 1672, part. 1, p. 211—291 [297].

sig *vel* sigill: de sigillis librorum oratio.

Sev *vel* Sever *vel* Sev *aut vel* antio: Severus, Sozopoli in Pisidia natus, Monophysita, monachus, anno 512 patriarcha Antiochenus ab Anastasio factus, anno 518 post Anastasii mortem Alexandriam fugit, obiit anno 538 (539? 542?). Fragmentum ei, vix autem recte, adscriptum est de concordantia evangelistarum circa ea quae in sepulero Domini contigerunt, item de Sabbatis et de varietate exemplorum S. Marci evangelistae; apud Gallandium, vol. 11, p. 219—226. Fragmenta multa Graeca edita sunt in catenis. Opera multa Syriace Londinii exstant in codicibus musei Britannici; cf etiam Assemanus. Fragmenta praebet Maius,

Scriptorum veterum nova collectio, vol. 9, Romae a. 1837, p. 725—760; *Classicorum auctorum e vaticanis codicibus editorum tomus X*, Romae a. 1838, p. 408—473; *Spicilegium Romanum*, Romae a. 1844, vol. 10, p. 211—223.

Sim^{mag}: Simon Magus, Samaritanus, floruit anno 35; apud Hippolytum (unde *hipp*). Inde Simoniani.

Siric: Siricius, Romanus, inde ab anno 385 episcopus Romanus, anno 398 supremum diem obiit.

ep: epistulae sex; apud Gallandium, vol. 7, p. 531—550; apud Mignium, vol. 13, coll. 1131—1196: de Siricio et de epistularum fide vide Mignium, col. 1115—1132.

Soc *vel* Socr: Socrates Scholasticus, Constantinopolitanus, floruit anno 440, scripsit historiam ecclesiasticam septem libros complectentem a Constantini primordiis usque ad annum 439 ductam. Prodiit ea cura Henrici Valesii, Moguntiae a. 1677 (Tischendorfius usus est hac editione); Readingi (cf Eusebii editiones); Roberti Hussey, Oxonii a. 1853; Mignii, *Patrol. Gr.* vol. 67, col. 9—842. Cf Fridericus Augustus Holzhausen, *Commentatio de fontibus, quibus Socrates, Sozomenus, ac Theodoretus in scribenda historia sacra nisi sunt, adiuncta eorum episcopi*, Göttingae a. 1825.

Soz: Hermias Sozomenus, ut videtur Palaestinus, Beryti deinde Constantinopoli iuris consultus, scripsit anno circiter 440 novem libris ecclesiae historiam annos centum quindecim, inde ab anno 324 comprehendentem. Prodiit haec apud Valesium et Readingum (ut Soc). Robertus Hussey edidit Oxonii a. 1860; Mignius, *Patrol. Gr.* vol. 67, col. 843—1066.

Speculum: Speculum vel libri de speculo, opus anonymum, a Maio Augustino falso adscriptum, ex libro manuscripto in bibliotheca Sanctae Crucis Hierosolymitanae Romae invento, ab Angelo Maio editum in libro: *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1852, tom. 1, part. 2, p. I—VIII et 1—117. Cf opera Augustini (ut supra, p. 1165), vol. 6, p. 625—634. Cf cod. m, supra, p. 961.

Suid: Suidas, ut videtur monachus, incertae aetatis, fortasse ante annum 976, lexicon magnum verborum et rerum scripsit, Cantabrigiae a. 1705, 3 tomm. fol. a Ludolfo Küstero, a. 1834 seq. Oxonii a Thoma Gaisfordio, a. 1843—1853 Halis a Godofredo Bernhardy editum, tribus voluminibus comprehensum.

Syn^{ant} *vel* antio: epistula synodi Antiochenae anno 269 congregatae, ad Paulum Samoatenum missa; apud Routhium, vol. 3, p. 285—367.

Syn^{anceyr}: synodus Semi-Arianorum Ancyrana secunda anno 358 habita, cuius epistula exhibet Epiphanius haer. LIII vel LXXIII, capp. 2—11, ap. Petav. p. 846—860; ap. Oehl. vol. 2, pars 1, p. 70—95.

Symmachus: Symmachus, natus Samaritanus, posthac religione Iudaeus, denique Ebionita, anno circiter 201 floruit, versionem Graecam Veteris Testamenti fecit.

Syncell: Georgius monachus, ὁ Σύγγελλος (patriarchae a secretis), floruit anno 792.

chron: *ἔκλογίαι χρονολογήσεις*, inde a mundi creatione usque ad annum 284, quam ediderunt Iacobus Goar, Parisiis a. 1652; Guilelmus Dindorfius, Bonnae anno 1829, 2 voll.

Synops: synopsis sacrae scripturae inter Athanasii opera edita, vide *Ps-Ath.*

T.

Taras: Tarasius, Constantinopolitanus, imperatori a secretis, anno circiter 785 patriarcha constitutus ex laico, obiit anno 806. Epistolam scripsit de non faciendis pretio ordinationibus, quae Graece et Latine prodit apud Gallandium, vol. 13, p. 372—376; apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 98, col. 1371—1509.

Tat: Tatianus, Syrus, sophista, multas visit terras, posthac Christianus Iustini martyris Romae discipulus, mortuo Iustino haeresim in Mesopotamia novam Eneratitarum sive Hydroparastatarum condidisse dicitur, floruit circa medium saeculum secundum. Contextuit harmoniam evangeliorum (Diatessaron), quae in Syria late adhibita est. Ephraemi Syri commentarius in hanc Harmoniam prodit Venetiis a. 1876 Latine ex lingua Armena cura Iohannis Baptistae Ancher († 1854) et Georgii Moesinger sub titulo, *Evangelii concordantis expositio facta a sancto Ephraemo doctore Syro*. V. cl. Augustinus Ciasca textum Tatiani Arabicum cum versione Latina edidit Rome anno 1888, v. cl. I. Hamlyn Hillius Anglice e textu Arabico, Edini a. 1893. Cf v. cl. Ernestus Sellin in libro *Forschungen* IV (ut supra, p. 1215), p. 225—246.

oratio adversus Graecos, anno circiter 170 scripta ante ecclesiam desertam; edita a Frontone Ducaeo, *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 160—187; a Guilelmo Worthio, Oxonii a. 1700, 8^o; a Gallandio, vol. 1, p. 627—671 (ad Io 1,3 est ex capite 19 orationis, Galland. p. 665); a I. C. T. Otto, Ienae a. 1851; a v. cl. Eduardo Schwartz apud Gebhardt. et Harnack. *Texte und Untersuchungen. IV, 1*, Lipsiae a. 1888. Cf v. cl. Adolfus Harnack, *Texte und Untersuchungen, I, 1,2*, a. 1882, p. 196—232.

Tert: Quintus Septimius Florens Tertullianus, natus Carthagine anno circiter 150 sive 145 (cf v. cl. E. Noeldechen, *Zeitschrift für*

wissenschaftliche Theologie. XXIX, Lipsiae a. 1886, p. 207—223), presbyter factus est anno circiter 192, anno fortasse 199 Montanista fit, supremum diem obiit anno circiter 240.

Opera ediderunt Beatus Rhenanus, Basileae a. 1521: Renatus Laurentius de la Barbe, Parisiis a. 1580; Nicolaus Rigaltius, Parisiis a. 1675 (iterum recusa Venetiis a. 1744); I. S. Semlerus, Halae a. 1770—1775, 6 voll.; I. P. Mignius, *Patrologia Latina*, Parisiis a. 1844, voll. 1—3; F. Oehlerus, Lipsiae a. 1853.1854, 3 voll.; vv. cl. Augustus Reifferscheid et Georgius Wissowa, *Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum*. XX, pars 1, Vindobonae a. 1890; vide Hermaunum Roenschium, *Das Neue Testament Tertullians*, Lipsiae a. 1871; v. cl. Albertus Haek, *Tertullians Leben und Schriften*, Erlangae a. 1877; v. cl. C. H. A. Kellner, „Organischer Zusammenhang und Chronologie der Schriften Tertullians“ in actis *Der Katholik*, LIX, Moguntiae a. 1879, vol. 2, pp. 561—589, et *Chronologiae Tertullianae supplementa*, Bonnae a. 1890; v. cl. Adolpum Harnack, „Zur Chronologie der Schriften Tertullians in actis *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, Gothae a. 1878, vol. 2, p. 572—583; v. cl. I. Schmidt, „Ein Beitrag zur Chronologie der Schriften Tertullians und der Proconsuln von Afrika“ in actis *Rheinisches Museum für Philologie*, series nova, vol. 46, 1 [a. 1891], p. 77—98; G. Nathanael Bonwetsch, *Die Schriften Tertullians nach der Zeit ihrer Abfassung*, Bonnae a. 1878.

anim: de anima — apol: apologeticus — bapt: de baptismo — carn *vel* car chr: de carne Christi — coro *vel* coron *vel* coro mil: de corona militis — cult fem *vel* femi: de cultu feminarum, libri duo — exh cast: de exhortatione castitatis — fug: de fuga in persecutione — gnost *vel* guostic *vel* cont gnostic: contra Gnosticos Scorpiace — hermog: adversus Hermogenem — idol *vel* idolol: de idololatria — iejun: de ieunio adversus psychicos — adv Iud; adversus Iudaeos — marc: adversus Marcionem libri quinque — monog *vel* monogam: de monogamia — orat: de oratione — pat *vel* patient: de patientia — praescr: de praescriptione haereticorum — prax: adversus Praxean — psych *vel* psychic: de ieunio adversus psychicos — pud *vel* pudi *vel* pudic: de pudicitia — res carn *vel* resurr carn: de resurrectione carnis — scorp: contra Gnosticos Scorpiace — spect *vel* spectac: de spectaculis — uxor: ad uxorem libri duo — virg *vel* virgg vela *vel* vel virgg: de virginibus velandis.

Testamenta duodecim Patriarcharum saeculi secundi, edita apud

- Grabium, *Spicilegium ss. patrum, ut et haereticorum*, Oxonii a. 1698 (denno a. 1714); Fabricium, *Codex pseudepigraphus V. T.* Hamburgi a. 1713, denno a. 1722; Galland. vol. 1, p. 193—242; nuper a v. cl. Roberto Sinker, Cantabr. a. 1869, addito append. a. 1879.
- Thaum: Gregorius Theodorus Thaumaturgus, natus Neocaesareae Cappadoecum, Alexandriam Athenas Berytum Caesaream in Palaestina visit, et episcopus Neocaesarensis constitutus, mortuus est anno 265(270). Opera eius edidit Gerardus Vossius, Moguntiae a. 1604, 4^o. Apud Gallandium, vol. 3, p. 377—469.
- anath: capita duodecim de fide, cum anathematismis. Non est Gregorii, nam de Nestorii (anni 428) Eutychisque (anni 448) haeresibus tractat.
- annun *vel* annunc: in annuntiationem s. Dei genetricis sermones tres. Non sunt Gregorii.
- canon: epistula canonica, de iis qui in barbarorum incursione idolothyta comederant et alia quaedam peccata commiserant; *Orthodoxographa sanctorum patrum monumenta*, Basileae a. 1569, vol. 2, p. 22sq.; apud Vossium, p. 118—134; apud Gallandium, vol. 3, p. 400—412; apud Routhium, *Reliquiae sacrae*, ed. 2, Oxonii a. 1846, vol. 3, p. 251—283.
- κατὰ μέρος πῶσις: apud Lagardium (cf infra, p. 1228, Tit^{mani}).
- Thdor^{ant}: Theodorus Antiochenus vel Mopsuestenus, presbyter Antiochenus, posthac fortasse inde ab anno 392 episcopus Mopsuestiae in Cilicia, ab ecclesia Graeca postea Nestorianismi pater habitus, obiit anno circiter 429. Operum edidit Eduardus Fridericus Victor a Wegnern vol. 1, Berolini a. 1834; vide O. F. Fritzscheium, *De Theodori Mopsuestensis vita et scriptis commentatio historico-theologica*. Halae a. 1836, 8^o et *Theodori episcopi Mopsuesteni in Novum Testamentum commentariorum quae reperiri potuerunt*, Turici a. 1847; v. cl. H. Swete, *Theodori episcopi Mopsuesteni in epistolas b. Pauli commentarii. The Latin version with the Greek fragments*, Cantabrigiae vol. 1, a. 1880, vol. 2, a. 1882. Mignius, quod rarius fit, magni aestimandus est in operibus Theodori, *Patrol. Gr.* vol. 66. Cf v. cl. Eduardus Sachau, *Fragmenta Syriaca e codicibus musei Britannici Nitriacis edidit atque in Latium sermonem vertit* E. S. Lipsiae a. 1869. Cf Lightfootus (ut infra, p. 1229 Victorinus), p. 229.230.
- amos: commentarii in duodecim minores prophetas; apud Maium, *Scriptorum veterum nova collectio*, Romae a. 1825, vol. 1, p. 41—104, et Romae a. 1832, vol. 6, p. V—XXII et 1—312, et *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1854, vol. 7, p. 1—389 (et in Psalmos, in Ioh, in 2 Cor—p. 408); invenies praeterea

nonnulla in Rom apud Maium, *Spicilegium Romanum*, vol. 4 (a. 1840), p. 499—573, et in Psalm *Nova patrum bibliotheca*, vol. 3 (a. 1845), p. 453—456. Cf etiam cat^{cord}.

de incarnatione contra Apollinarium: ad 1 Ti 3, 16, p. 850 laudantur verba, quae Graece invenies apud Maium, vol. 6, p. 308 ad numerum XXI; in margine dicuntur ex libro duodecimo non ex tertio decimo esse.

iona: vide *amos*

Thdor^{heracl}: Theodorus Heracleotes (est Heraclea urbs Thraciae ad Pontum sita), episcopus civitatis patriae anno 334 floruit, obiit a. fortasse 358; laudatur ex catena a Possino edita. Cf etiam catena Corderii. Nonnulla in Esaiam invenies apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 6 (a. 1853), pars 2, p. 214—239.

Thdor^{mon}: vide Thdor^{stud}

Thdor^{mops}: vide Thdor^{ant}

Thdor^{stud}: Theodorus Studita, natus Constantinopoli anno 759, anno 781 monachus, anno 794 abbas factus, iterum iterumque exsul ob intemperantiam contra imaginum adversarios, mortuus est anno 826; eruditissimus fuit. Vitam eius a Michaelē monacho conscriptam invenies apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, vol. 6 (a. 1853), pars 2, p. 293—363. Scripta apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 99. Parva catechesis prodiit primum Graece enris Immanuelis Auvray et A. Tougardi, Parisiis a. 1891. Invenies supplementa apud Maium, *Nova patrum bibliotheca*, Romae a. 1849, vol. 5, p. I—VI et 1—160 seriei ultimae huius tomi, epistulas et fragmenta, vol. 8 (a. 1871), p. 1—244.

antirrheticus, p. 1—144; apologeticus pro sanctorum imaginibus, p. 1—142 seriei alterius paginarum; apologia minor, p. 1—4 seriei tertiae paginarum.

Thdrt: Theodoretus, Syrus, natus saeculo quarto exeunte, monachus, anno fortasse 420 episcopus Cyri in Syria factus, Nestorii amicus Cyrilli adversarius anno 449 sede pulsus, anno 450 restitutus est, obiit anno circiter 457. Laudatur in catenis. Opera ediderunt Iacobus Sirmondi voll. 4, Parisiis a. 1642 (Ioannes Garnerius volumen quintum a. 1684); Ioh. Lud. Schulzius, Halae 1769-1774. Ap. Gallandium vol. 9, p. 403—422; apud Mignium, *Patrol. Gr.* voll. 80—84. Historia eius ecclesiastica prodiit cura Henrici Valesii, Moguntiae a. 1679; Thomae Gaisford, Oxonii a. 1854. Commentarii in Pauli epistulas pars prior prodiit Oxonii a. 1852.

amos: commentarius in duodecim prophetas, inter annos 426 et 429 scriptus.

- cur: de curandis affectionibus Graecorum libri duodecim, anno 427 scripti.
- dial *vel* dial trin: dialogi duo contra Anomaeos, tres contra Macedonianos (unde *macedi*), duo contra Apollinaristas, neque Athanasii (vide *Pseudo-Ath*) nec Maximi monachi, sed Theodreti (inter Athanasii opera, ed. Paris. a. 1698, vol. 2, p. 471—557 [560]; ed. Patav. a. 1777, vol. 2, p. 406—493).
- dial ^{spir}: dialogus de spiritu sancto; est quartus.
- eranistes: contra haereticos dialogus tres edidit Gentianus Hervetus, Venetiis a. 1548.
- herveti: editio Herveti iam dicta.
- monach: epistula ad monachos qui sunt in Euphratesia, Osrhoëna, Phoenice, Syria, Cilicia; apud Gallandium, vol. 9, p. 405—412.
- quaest in levit: quaestiones in Leviticum inter quaestiones in Octateuchum post annum 353 scriptas.
- Theodosius episcopus Alexandrinus anno 536 factus, Monophysita, sede bis pulsus, prope Constantinopolim vixit; mortuus est anno circiter 568. Habet fragmenta Topographiae Cosmae; vide *Cosm*.
- Thdot ^{anc}: Theodotus, Ancyrae in Galatia episcopus, Nestorii adversarius, claruit anno 430; apud Gallandium, vol. 9, p. 423—478; apud Mignium, *Patrol Gr*. vol. 77.
- Thdot: Theodotus Byzantinus, claruit anno circiter 192, Romam fugit, haeresim novam de Christo non divino condidisse fertur; citatur ex Clemente Alexandrino, et excerpta inter Clementis opera edita sunt (unde *clem* et *excerpt*). Eclogae e schedis Francisci Combefis prodierunt apud Iohannem Albertum Fabricium, *Bibliotheca Graeca*, lib. I, Hamburgi a. 1708, p. 134—184.
- Theod: vide Thdor
- Theodotiani: Theodoti Byzantini anni 192, qui primus palam Christi divinitatem negavit, sectatores.
- Theognost: Theognostus, Alexandrinus, post Pierium antistes scholae Alexandrinae, floruit anno circiter 283. Exstant fragmenta ex libris eius septem qui *ἑποτεπλώσεις* dicuntur, apud Gallandium, vol. 3, p. 662; apud Routhium (ut supra, p. 1224, *Thaum^{canon}*), p. 407-422.
- Theop: vide *Thph*
- Theophan ^{hom}: Theophanes, qui et Isaacius, Homologetes seu Confessor, natus Constantinopoli anno 758, monachus, tunc abbas factus, propter imaginum cultum in vincula coniectus, obiit anno circiter 816. Chronographiam Georgii Syncelli ducebat ab anno 284 usque ad annum 813. Edidit I. Classenus, Bonnae a. 1839. 1841, 2 voll.; Mignius, *Patrol. Gr*. voll. 108.109. Oudinus negat chronographiam Theophanis esse.

Theophan: Theophanes archiepiscopus Nicaenus anno circiter 1347.

Opera apud Mignium, *Patrol. Gr.* vol. 150, col. 279—350.

Thphi^{alex}: Theophilus, inde ab anno 385 episcopus Alexandrinus, Origenis doctrinas damnavit, obiit anno 412; apud Gallandium, vol. 7, p. 601—652.

Thph^{vel} Thphil: Theophilus, ortu gentilis, inde ab anno circiter 169 episcopus sextus vel septimus Antiochenus, mortuus est anno circiter 181; in *Bibliotheca veterum patrum*, Parisiis a. 1624, vol. 1, p. 104—160; apud Gallandium, vol. 2, p. 77—143.

